

C
789
26.80

WIDENER

HN HBBF 8

www.tezauriliturgic.ro



Harvard College Library

FROM

The Vatican Library

fund

HISTORIA ET LAUDES
SS. SABAE ET MACARII

IUNIORUM E SICILIA

AUCTORE

ORESTE PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO

GRAECE ET LATINE

EDIDIT ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

IOSEPH COZZA-LUZI

S. R. ECCLESIAE VICEBIBLIOTHECARIUS



ROMAE
TYPIS VATICANIS
MDCCCXCIII

HISTORIA ET LAUDES
SS. SABAE ET MACARII

IUNIORUM E SICILIA

AUCTORE

ORESTE PATRIARCHA IHEROSOLYMITANO

GRAECE ET LATINE

EDIDIT ET ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

IOSEPH COZZA-LUZI

S. R. ECCLESIAE VICEBIBLIOTHECARIUS



ROMAE
TYPIS VATICANIS
MDCCCXCIII

C. 7. 2. 6. 80



The Vatican Library
1127

EMINENTISSIMO VIRO
MARIANO RAMPOLLA
E COMITIBUS TYNDARI IN SICILIA
PRESBYTERO CARDINALI SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE
ET A NEGOCIIS PUBLICIS
PONTIFICIS MAXIMI LEONIS XIII
HISTORIAS ET LAUDES
IN SANCTOS CAELITES SICULOS
E CODICIBUS VATICANIS ERUTAS
ET ILLUSTRATAS
IOSEPH COZZA-LUZI AB. BASILIANUS
S. R. E. VICE-BIBLIOTHECARIUS
OBSEQUENTI ANIMO
D.

ORESTES

PATRIARCHA HIEROSOLYMITANUS

DE HISTORIA ET LAUDIBUS SABAE ET MACARII

SICULORUM

MONITUM

Historiarum aevi medii pars magna ea est, quae biographias laudesque complectitur virorum pietate celebrium, ac praesertim illas, quas cl. vir haud pietate nimius Michael Amari appellabat « candide tradizioni » ¹. Et sane quidem in illo tanto rerum omnium discrimine, inter caedes hominum, statuumque labiles conditiones, vicibus fere quotidianis obnoxias, tantummodo religionis amicum omnes respiciebant sidus. Et solum ab eo omnia sperabant, ita ut in illud non modo fiduciam, sed et laudes et testimonia temporum referrent. Hinc factum est, ut monumenta omnia illius aetatis synchrona studio pietatis vel in primis redoleant; ex quo docti, et critici emunctae naris historici, bene norunt illorum pretium; proindeque ob testium indolem nativam aequa sane fiducia ad illa monumenta integre repraesentanda feruntur; hosce inter honoris caussa et Antonium Muratori et Georgium Pertz liceat appellare.

Ad testium copiam accedit et fides historica iisdem habenda, cum eventus temporis sui enarrent absque partium studio, adulatione vel invidia; nam toti in eo sunt, ut sanctitatem efferant,

¹ Storia de' Musulmani in Sicilia - Firenze 1854, t. II, p. 411.

caetera vero quae loca, quae homines, quae facinora, quae casus respiciunt, non fictis fabulis, sed ingenuo candore simpliciue exponant narratione.

Inter huiusmodi documenta suscipias, benevole lector, haec quae integra damus ex codice unico atque coaevo, e locis ipsis, ubi res evenere, huc advecto qui, auctore celebri eoque teste, agit de viris fama celebribus atque in regionibus suis asseclarum ducibus ac institutoribus, quorum ideo memoria una secum emori atque excidere posteri non paterentur.

De viris agit qui, in Sicilia orti, ob Saracenicam invasionem patria extorres, Calabriam appulsi, ibi moram traxere, et in superioribus regionibus obierunt. In horum historiis non modo de praedictis regionibus, sed et de asiaticis, italicis inferioribus atque romanis aperte agitur, ac insuper de locis atque de casibus personisque celebribus; inter quos patricii Bizantini, Saracenorum et Rossanensium primores, principes Salerni ac Amalphitani, imperator Otho et coniux Theophania, episcopus Placentinus postea antipapa recensentur. Quapropter ad collationem historicam et topographicam maxime haec iuvant.

Auctor historiarum vir est apprime suo tempore insignis, Orestes patriarcha Hierosolymitanus. Cunctas de eo prosecui notitias neque locus hic esset neque tempus ²: attamen cum vir

² Praestat hic uti verbis ipsius clarissimi Cardinalis Pitra, qui primus excerpta Orestis dederat in opere *Analecta sacra Spicilegio Solesmensi parata* t. I, qui postquam de historia dixisset, pag. 311 haec habet: « Ecce autem, ipso in hoc tempore, et certe ab anno 996 ad a. 1012, sedet in throno S. Iacobi unus ex maximis optimisque apostoli successoribus, duplici nomine insignitus, Ieremias *Orestes*. Collatis inter se scriptoribus Orientalium, Graecorumque et Latinorum, fide dignissimis traditur Orestes ex regia familia Saracenorum oriundus fuisse; cui frater erat Arsenius patriarcha Melchitarum, et germana soror christiana uxor Azizi, in Aegypto Sultani, e stirpe Fatimidarum: soror et ambo fratres videntur e Saracenica superstitione ad Christum feliciter transiisse. Quo liberius novam fidem Orestes et Arsenius discerent et profiterentur, opibus non destituti, vela dare poterunt usque in Calabriam, interque discipulos S. Sabae cooptari. Cum inter nostros modos Arsenius quidam succedet mox, suspicio facilis est, utrumque fratrem tam hymnis quam moribus sanctis, in choro melodorum Italo-graecorum floruisse; sacrisque studiis ad ferendam pontificum, immo martyrum, palaestram accinctos fuisse. Constat enim favente Azizi Califi potestate, Orestem in Solymorum patriarcham provectum fuisse. Anno autem 996, patris in locum suffectus est Hachem, tertius Fatimidarum, quem etiam Mahumetani scriptores atheum vocant et usque ad rabiem insanum. Exarsit in Christianos bellum

aetate sua tum gestis tum scriptis certe memoriae commendandus fuerit, ad rei litterariae emolumentum opportunum duximus, ut eiusdem quaedam scriptiones tum prorsa tum versa oratione, quae supersunt, nunc primum plenius. imo integrius edantur.

Sicut nunc Orestis fama inter scriptores ecclesiasticos aequae tandem fulget, et novensilis testis traditionis catholicae nunc habetur ³, ita quoque fulgent nomina Sabae et Christophori et Macarii, quos etsi aliquot devoto cultu fuerint prosecuti, tamen historiis suis laudibusque carebant ⁴.

Ne de aliis siculis calabrisque patriae historiae cultoribus dicamus, qui eos viros vix innuerunt, sufficiat adnotasse diligentissimum quoque Michaellem Amari ⁵ eorum neque nomina recen-

atrox: strago et interneccione dissipari fideles; aras subruī, comburi templa, ipsas S. Sepulchri aedes solo aequari; in primis viros sacros vexari et torqueri, ne excepto quidem avunculo tyranni, venerando Oreste, qui tunc fortasse vocatus est Hieremias, ut tantae calamitati lamenta solveret. Non fletus tantum, sed exemplum dedit omnibus, usque dum flagris caesus, ustus lampadibus, oculis avulsis, caecus ab impio nepote in Babylonem Aegyptiorum duceretur, ubi capite truncatus est. Fama martyrii usque in Occidentem ita pervasit, ut in latinis nonnullis martyrologiis eius festum ad diem XV vel XVII maii ascriberetur. Cf. Lequien *Orient. Chr.*, t. II, p. 474; Papebroch. *Tractat. de Patriarch. Hierosol.* n. 186-188; maii t. III, ad diem XV, p. 441.

Tanto pontifici, inter melodos et scriptores hactenus ignoto, assignanda videntur opera sequentia:

1. *Vita S. Sabae iunioris*, in cod. carbon. f. 1: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σάβα τοῦ νέου. Incipit: Οὕτως ἀνδρῶν παλαιῶν..

2. *Vita SS. Christophori et Macarii*, ibid. 56: Ὁρίστου πατριάρχου Ἱεροσολύμων βίος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν Χριστοφόρου καὶ Μακαρίου. Incipit: Πάντοτε μὲν ὁ Θεός.

3. *Officium S. Macarii*, ibid. f. 68: Μνήμει δεικνύμεν καὶ ἐκκοιμηθεὶς τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου τοῦ νέου τοῦ ἐν Σαλαρινῷ, in quo cathisma, stichera 9, condakion et canon supra descriptus: Τὸ σπτοῦ et photagieon.

4. *Officium S. Sabae* ibid. f. 72: Μνήμει φεβρουαρίου εἰς τὸν ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σάβα τοῦ νέου, in quo cathisma, stichera 2, canon Τῷ ἀρχηγῷ, cum acrostichide: Τὸν ἐν μονασταῖς εὐκλεῖ μέλω.

³ Cl. Migne in grandi opere suo *Patrologiae cursus completus* inter scriptores graecos saeculi XI non retulit Orestem; quinimo neque in FABRICII *Bibliotheca Graeca*, postea et ab HARLES aucta, Orestis nomen ipsum desideratur.

⁴ Multa historica cum aliis monumentis conferenda sese et nobis obtulerunt, cum anno superiori ederemus aliud illius temporis monumentum valde praecipuum — *La Cronaca Sicula-saracena di Cambridge* .. publicata col greco inedito e con speciali fototipie per cura della Società di Storia patria di Sicilia in Palermo 1890.

Cl. v. LANCIA DI BROLO archiepiscopus, qui in egregio opere — *Storia della Chiesa di Sicilia* t. II, p. 379 ecc. *Palermo 1881* primus ampliorem notitiam historiae huius italicae dedit aliisque cum documentis chronographicis comparavit: idemque edere destinaverat graecum textum, sed postea illum edere nobis permisit, qui versionem addidimus nostram, exceptis iis locis quos graece latineque iam dederat Em. v. Pitra.

⁵ Cf. Opus MICHAELIS AMARI iam cit. tom. II, cap. XII.

suisse, quamquam de aliis concivibus sanctitate decoris et fere easdem inter vices a saracenica irruptione collocatis, multa commemoret.

Unicus codex in Vaticana Bibliotheca n. 2072 habet haec scripta Orestis una cum laudibus virorum, quos ille celebrat. Fuit codex sancti Basilii de Urbe distinctus n. 111, et ex iis, quos abbas Menniti Romam adduxerat e calabro monasterio Carbonensi. Vir litteratissimus Io. Chrysostomus Scarfò calaber, monachus Basilianus, de his confecit opus, cui titulus: *Elenchus et Catalogus librorum graece ms. qui in bibliotheca collegii S. Basilii de Urbe reperiuntur, transvecti e pluribus Calabriae et Lucaniae monasteriis ... studio Rñi ... Ab. Petri Menniti ... circa annos 1697 et 1699 ...* Ibi fol. 136 de hoc Orestis codice sermo est. Aetas scripturae saeculo XII a cl. Pitra, qui primus codicem celebravit, tribuitur, etsi fortasse ad praecedens possit referri. Consideranti critico fortasse reputari posset scriptura ipsa authographa, cum aliquot habeat sphalmata, quae tantum calamo scribae velociter scribentis viderentur tribuenda. Ideoque hoc restat opinandum quod adeo fideliter apographon vix saeculo post fuerit descriptum, ut et errores et omissiones, quae forte in exemplari fuerant, nimium graphice essent relati.

Plura monere et praefari nobis heic non sunt, dum studiis et commentationibus virorum, qui historiis tum sacris tum profanis navant operam, haec documenta, vix aliquot notis ad calcem adiectis, nova et integra subiicimus. Iisdem certe laetandum est rem historicam his novis frui tandem posse instrumentis.

E bibliotheca Vaticana, VII Idus Ianuarias anno MDCCCXCI.

IOSEPH COZZA-LUZI.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

VITA ET CONVERSATIO

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

SANCTI PATRIS NOSTRI

ΣΑΒΑ ΤΟΥ ΝΕΟΥ

SABAE IUNIORIS

§ Α'.

Οὐκ ἀνδρῶν παλαιῶν μόνον βίος, οἷς ὁ κόσμος καὶ τὰ κατ'αὐτὸν ἐσταύρωτο πάντα, τὸ μεγαλοφυὲς ἔχει καὶ ἀξιεπαινόν· οὐδὲ τοῖς ἐκείνων μόνως ἡ θεία χάρις περιεγράφη πλεονεκτήμασιν· ἀλλ'οὐ γὰρ καὶ τοῖς νῦν ὄγκος πρόσσεστιν ἀρετῶν ἀπαράμιλλος, καὶ τῶν Θεοῦ χαρίτων ἐν ἑαυτοῖς ἐναργῆ προφαίνοντες τὴν ἐνέργειαν, ἔρωτα τοῖς εὐσεβέσι τῆς τοῦ καλοῦ κτήσεως ἐντιθέασιν.

Εἰ μὲν γὰρ μετὰ τοὺς μυρίους τῶν ἀγώνων ἰδρῶτας, οἷς τὸν χρῶν ὑποτάξαι τῷ πνεύματι φιλονεικοῦντες οἱ δίκαιοι κέχρηται γέρωι θεοσημείας ἡμοῖρουν, εἰ καὶ μὴ τινὰ τῶν πόνων ἀξίαν κἀντεῦθεν ἔκρποῦντο τὴν ἀμοιβήν, καὶ ὀκνηρότεροι πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἀνάληψιν οἱ ὀρῶντες ἐγίνοντο.

§ I.

Haud certe dumtaxat vetustiores homines, quibus mundus cum omnibus terrenis fuit crucifixus, exempla animi magni dignaque laudum argumenta prae-bent; nec solum eos gratia Dei divitiis circumdedit suis; sed etiam viris temporis nostri, insuperabili virtutum copia et donorum Dei vi ornatis, datum est pia corda accendere ad vera bona adipiscenda.

Quandoquidem, si viri iusti post innumeros ad subiicendum corpus spiritui exantlatos labores, nec ipsi praemia tenuerint, et divinis signis exsortes, hic quoque in terris retributionem sudoribus suis consecuti fuerint nullam, certe qui in eos respiciunt, valde remissiores ad bona virtutis arripienda fierent.

Τίς γὰρ ἂν εἴλετο τὴν δυσχερῆ ταύτην καὶ τραχεῖαν ὁδὸν μετελθεῖν καὶ πόνοις ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι τοσούτοις, μὴ τοῖς τῆς μελλούσης εὐκλείας ἀρραβῶσι τοὺς ἀρετῆς ἐραστάς τιμωμένους ὁρῶν;

Ἐπεὶ δὲ καὶ λόγον ὑπερβαίνει. καὶ φρενὸς ὑπεραίρεται τὰ τούτοις ἐπιμετρούμενα ὄψωρα. καὶ ζηλωτοὺς πᾶσιν αὐτοῖς ἐν βραχεῖ καὶ περιβλέπτους ἐργάζεται, εἰκότως ἔκνον ἀποβαλλόμενος πᾶς ὁ τῆς ἄνω μερίδος ἐρῶν. καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς περισπούδαστα πάντα παραδόξμων τῆς εὐκλείας ὄντως διαγωγῆς καὶ μακαρίας ἐπιλαμβάνεται.

(§. 2) Ἀμέλει καὶ νῦν ἡμῶν τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν τοῦτον Σάβαν τὸν ἐωσφόρου μᾶλλον ταῖς ἀρεταῖς διαλάμψαντα προτιθέντων εἰς μέσον, πολλοὶ τῷ τῆς φιλοσοφίας ἀλώσσονται πόθῳ καὶ πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν διαναστήσονται. ἐπαγαγεῖ γὰρ πρὸς ἀρετὴν ἡ τῶν ἄλλοις κατορθωθέντων διήγησις· ἀλλ' ἵνα μὴ πόρρω τῶν προκειμένων ἐπὶ πολὺ διατρίβοντες, τὰς τῶν θερμότερων ἀνιῶμεν ψυχὰς, αἷς πάντων ἡδίων τὸ πράξεις ἀνδρῶν ἀρίστων διενωτίζεσθαι. ἀπαγγελέτων ἤδη τὰ τούτου καὶ ταῖς τῶν φιλοθέων ὑμῶν ἀκοαῖς ὡς οἶόν τε παραδοτέον.

§ B'.

Τούτῳ τοίνυν τῷ μεγάλῳ καὶ σεβαρμῶ πατρὶς μὲν ἡ τῶν νήσων περιφανὴς Σικελία, ἐν πόλει δὲ τίχτεται τῆς Κολασσαέων, ἡ καὶ πρώτη τῶν καρπῶν αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς κατετρυφήσε καὶ τῆς εἰς ρῶς προαγωγῆς καλὰς ἀπελήρῃ τὰς ἀμοιβὰς. Γεννήτορες δὲ αὐτῷ τρόποις κοσμῶντες χρηστοῖς, καὶ εἰς

Quis enim ingrederetur iter tam difficile atque asperum? Quis se dedet tantis multiplicibusque contentionibus, nisi videret virtutum cultores iam frui arrha gratiarum futurae beatitudinis?

Quando vero dona, quae omne captum desideriumque excellunt, illis viris cumulantur, eosque brevi coram omnibus aemulandos atque valde spectabiles efficiunt, tum quisque, omni deposita segnitie, ad superna desiderabilia progreditur, ut eam teneat vivendi rationem, quae vere bona et beata est.

Profecto cum a nobis modo proponantur gesta sacri viri Sabae, qui veluti lucifer virtutibus effulsit, plurimi desiderio vitae secundum veram sapientiam capiuntur, atque ad opera bona sese excitatos sentient; ad virtutem enim narratio recte factorum adducit. Quapropter haud longe a proposito nostro commorati, etiam easdem fervidiores animas relaxamus, quae prae omnibus cupiunt audire excellentium virorum actiones, si modo narremus Deo amicis, ut par est, quae de eodem accepi.

§ II.

Patria quidem huic magno venerandoque viro fuit illustris illa inter insulas Sicilia; natus vero est in civitate Colassaeorum, quae prima est delectata in fructibus virtutis eius, et ob nativitatem illius retributiones optimas suscepit. Parentes egregiis ornati moribus ad pietatem

ἄκρον εὐσεβείας ἐλάσαντες, ὧν τῷ μὲν Χριστοφόρος, τῇ δὲ Καλὴ τοῦ νομα· καὶ ὁ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ ὁσίου συλλήψεως παρὰδοξόν τι τέρας καὶ τῆς μελλούσης περιλάμπει αὐτὸν χάριτος θείας προχάραγμα. Πρὸς ὕπνον γὰρ τῇ τούτου διατραπίσει μητρὶ φαίνεται τις ἀστὴρ λαμπρῶς ἀποστίλβων καὶ διὰ τοῦ στόματος αὐτῆς εἰσιών. Ἐπεὶ δὲ τεχθεὶς ὁ παῖς εἰς ὥραν ἦκε παιδείας, εἰς διδασκάλους φοιτᾶν αὐτὸν οἱ τεκόντες ἔγνωσαν καὶ τοῖς θεοῖς ἐνασχολεῖσθαι μαθήμασι.

Χρόνου δὲ τινος οὐ πολλοῦ διαρρεύσαντος φύσει πρὸς τὸ μανθάνειν ἐπιτηδεύει ἐχούσῃ, τὰ τοῦ Δαυὶδ ἐξέμαζε λόγια καὶ ὥσπερ δένδρον (f. 3) παρ' ὕδατα πεφυτευμένον καὶ πιαινόμενον, τοὺς καρποὺς αὐτοῦ ἀπεδοῖδον καιροῖς τοῖς προσηκουσιν, γονεῦσι προστάσσουσι τὸ πειθῆναι, πρεσβυτέροις αἰδῶ τὴν καθήκουσαν, τοῖς πέλας τὸ προσηγνῆς καὶ μειλίχιον. Οὐ Χριστοφόρος ὁ τοῦτου πατὴρ σπεράνων τοσούτων κοσμούμενον ἀρετῶν κατὰ τῶν διὰ θαύματος ἦγε, καὶ τῷ θεῷ ἐξ ὅλης ἀνθρωπολογεῖτο ψυχῆς τῷ βλαστὸν τοιοῦτον περικαλλῆ ἐκ τῆς αὐτοῦ ὁσφύος προαγαγόντι. Καὶ ὁ ἡ λαμβάνει μὲν αὐτὸν τοῦ μονήρους βίου πόθος διάπυρος, ὠδίνει δὲ τὴν ἀπορήμειαν. Καὶ πᾶσι τοῖς χαμαὶ συρομένοις ἀποταξάμενος, πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸν ἱερὸν τοῦτον νεανίαν σὺν τῇ τεκούσῃ καταλιπὼν ὁ θαυμασίος ὑπὸ θεῷ τῆς καλῆς ἐκείνης πορείας ὁδηγῶ τὴν ἐπὶ τὸν Ἀργύρου γῶρον συντόνως ἐστέλλετο, ἐν ᾧ περ τὸ τοῦ μάκαρος Φιλίππου τοῦ μάρτυρος προσευχῶν τὰ τῆς πονηρίας ἀπελαύνοντος πνεύματα τεθησαύριστα λείψανον.

Ἐνθα καὶ σύλλογος ὁσίων καὶ θεοφύλων ἀνδρῶν ἦν, τὴν τῶν ἀσω-

excitandam multum valuerunt, Christophorus et Cali; quibus et ab ipso sancti viri conceptu mirabile quoddam ostentum futurae eius divinae gratiae est visum. Etenim dormienti matri apparuit stella lucide splendida os ingrediens. Quando vero puer ad tempus educationis suscipiendae pervenit, eum frequentare magistros voluerunt et in sacris instrui doctrinis.

Cum non multum prolaberetur temporis, ille bona indole ad discendum praeditus, sacra David eloquia edidicit, et velut arbor secus decursus aquarum plantata et aucta reddidit fructus tempore opportuno: scilicet iussis genitorum morem gerens, et senioribus obsequium praebens debitum, ac proximis benignitatem atque comitatem. Quem cum vidisset Christophorus pater tantis exornatum virtutibus, veluti miraculum eum reputabat, atque ex tota anima sua gratias agebat Deo, qui tale ac tam pulchrum a se prodiisse germen concesserat; et sensit animum suum capi desiderio vitae solitariae; quod cum fervidius factum esset, explevit. Et non solum omnibus terrenis abrenunciatis, sed et sacro illo puero una cum matre, admirandus genitor, duce Deo, ad iter sese dedit versus Argyron, ubi est thesaurus sacri corporis beati Philippi, qui precum suarum flagello expellit spiritus nequitiae.

Ibi quoque erat congregatio sanctorum ac divinorum homi-

μάτων διαγωγὴν ἐπανηρημένων, καὶ τούτοις ἐν σώματι θνητῷ συναμιλλωμένων. Προσελθὼν οὖν τῷ προσεστώτι, Νικηφόρος οὗτος ἦν ἀοίδιμος, τὴν γνώμην ἀνακαλύπτει· ὁ δὲ θεὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ καθαρὸν ἔχων τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα καὶ διαυγές, οὐκ ἄθεε! τὴν τοῦ ῥηθέντος ἄφριξιν ἔγνω γενέσθαι, μάλιστα τὰ κατὰ τὸν παῖδα πάντα μαθὼν τὴν τε σύλληψιν αὐτοῦ καὶ γέννησιν, καὶ τὴν ἐν σώματι νέῳ πρεσβυτικὴν σύνεσιν· διὸ καὶ θάττον ἀποκείρει τοῦτον καὶ τῷ μοναχικῷ σχήματι καταρτίζει. Καὶ χρόνον οὗ τι συγχὸν οὗτος ἐκεῖσε δια (f. 4) τελέσας ἐν πάσαις ταῖς λειτουργίαις ταῖς αὐτῷ παρὰ τοῦ προσεστώτος ἐγγειρισθεῖσαις, τὸ πρόθυμον ὁ γεννάδας καὶ μέτριον διετήρησε, καὶ κοῦρον αὐτοῦ τὸ πτερὸν τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας ἐγίνετο· καὶ διὰ θαύματος παντὶ τῷ καταλόγῳ τῶν μοναζόντων ἐτύγχανεν.

§ Γ'.

Ἐντεῦθεν αὐτὸν ἔργοις ὑπακοῆς ἀληθοῦς ὁ μακαρίτης Νικηφόρος κατηρτισμένον ἰδὼν ἐπιτρέπει τούτῳ τὸν τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαήλ οἰκῆσαι ναόν, ἐν τόπῳ δὲ οὗτος ἦν, ὃς Κτίσμα προσηγόρευται, καὶ ἡσυχία προσκεῖσθαι καθ' ἐαυτόν. Ὁ δὲ καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν ἀσμένως δεξάμενος τὸν ῥηθέντα καταλαμβάνει τόπον, καὶ τὸν νεὼν ἤδη κατηριπωμένον εὐρὼν καὶ τὸν χῶρον ὑλομανοῦντα, τὴν ὕλην διακαθάρας, ναὸν ὁ μακαρίτης καινὸν ἐξ αὐτῶν κρηπίδων ἐδείματο. Καὶ τοῦτον νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐνχυλιζόμενος εὐχαῖς ἐχρῆτο καὶ δάκρυσι προσδεόμενος τὸν θεὸν τὸν ἀπὸ ὀλιγοψυχίας καὶ καταιγίδος τοῦς

num qui angelorum vivendi rationem aemulati in corpore, cum illis veluti concertabant. Cumque praepositum, qui erat celeber Nicephorus, adisset, animum suum aperuit. Vir ille divinus, purum habens et lucidum animae oculum, recte cognovit non sine Deo factum fuisse adventum, et praecipue cum omnia edoctus esset de puero, deque eius conceptu et nativitate et indole senili in iuvenili corpore. Quapropter illum subito totondit, ac monastico induit habitu. Et cum non multum temporis ibi mansisset, in omnibus ministeriis sibi a praeposito creditis animum promptum et mitem ostendit, et quasi levibus alis ad Deum operibus suis sese erexit, ita ut veluti miraculum omni monachorum coetui appareret.

§ III.

Quem cum exinde vidisset beatus Nicephorus obedientiae operibus perfectum, iussit illi, ut habitaret aedem S. Michaelis archangeli in eo loco, qui Ctisma vocabatur, ubi in vita eremitica sese exercebat. Is vero iussione libenter suscepta, petiit templum illud vetustate fatiscens et locum silvestribus plantis occupatum; sylvam purgavit, et templum a fundamentis extruxit. Ibique diu noctuque commoratus precibus et lacrimis instans, propitiabatur Deum, qui a pusillanimitate atque a laqueis eripit eos, qui in eo confidunt. Praeterea per humi cubationem carnem suam humilia-

ἐπὶ αὐτῷ πεποιθότας λυτρούμενον· ἀλλὰ καὶ χαμεινίαις ταπεινοῦν ἐπειράτο τὴν σάρκα καὶ νηστείαις τὰς ἀτάκτους ἔσπευδε ταύτης ἀναστέλλειν ὁρμάς. Διὰ οὗτο γὰρ ἤσθιεν ἡμερῶν ἢ τριῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ πᾶσαν ἄσιτος διετελεῖ τὴν ἐβδομάδα· εἰθούτως ἄρτος αὐτῷ τὴν χρείαν ἐπλήρου βραχὺς, καὶ τινα τῶν σπερμάτων καὶ λαχάνων, ὧν ἄκροις γείλεσιν, ὡς εἰπεῖν, ὁ θυμάσιος ἀπεγεύετο· ποτὸν δὲ τούτῳ τὸ πᾶσιν ἀφρόνως προκαίμενον ἦν, καὶ μηδενὶ κέρω τῷ τὴν ὕβριν τίκτοντι βαρυνόμενος, ὃ πάσχουσιν οἱ γαστρὸς δοῦλοι καὶ τῷ ὑπὸ γαστέρα συνεσταλμένῳ τῷ ὀργάνῳ προσωμίλει (f. 5) τῷ κτίσαντι - Ἦρα τοὺς ὀρθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη, λέγων, ὅθεν ἤξει ἡ βοήθειά μου. -

Καὶ ἐπειδὴ τὸ λαμπρότερον σάλπιγξ τοῦ ἀνδρὸς περιήγει πασανταχοῦ κατορθώματα· εἶωθε γὰρ ἀρετὴ τὸν ἐργάτην ἀνακηρύττειν· μαθὼν τὰ κατ' αὐτὸν ὁ παῖς πάντα καὶ θεῶν πόθῳ τὴν καρδίαν πυρποληθεὶς, πάντων τὰς ψυχὰς νέων θέλγειν ὀνυαμένων ὑπεριδὼν, πρὸς αὐτὸν ἐφοίτα· ὃν ἐκεῖνος μετὰ περιχρεΐας δεξιόμενος καὶ τῷ θεῷ τὴν ὀφειλομένην καταπέμψας εὐχαριστείαν τῷ μεγάλῳ Νικηφόρῳ προσάγει· καὶ παρὰ τοὺς ἱεροὺς αὐτοῦ πόδας τὸν παῖδα θεὸς εὐλογίας αὐτῷ μεταδοῦναι ἠξίου· τόνδε παρευθὺ τοῦτο ποιῆσαι καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα περιβαλεῖν ἀποκείροντα, λέξει τε τῷ τούτου πατρί - Πολλὴν τοῦ νεανίου προνοίαν ἀδελφὲ ποιεῖ· δαψιλῇ γὰρ ἀτέλῃως αὐτῷ τὴν τοῦ πνεύματος ὁρῶ χάριν ἐπιφοιτήσασαν καὶ μοναχῶν πατὴρ οὐκ εὐαριθμήτων γενήσεται, καὶ πολλοὶ τῆς σωτηρίας δι' αὐτοῦ τεύξονται. - Ταῦτα προορατικῶς χάρισματι φήσας ὁ μέγας εἰς τὸν αὐτοῖς ἀποτεταγ-

re, et ieiuniis reprimere eius inordinatos impetus satagebat. Siquidem singulis binis trinisve diebus cibum capere solitus, nonnumquam et integram impastus transigebat hebdomadam, dein unus panis necessitati suae consulebat, et parvum quidem una cum quibusdam leguminibus oleribusve vix delibabat. Aqua potus illi erat, nunquam invisus, nec ad satietatem, quae causa est indecentiae, ut accidit servis, ventre et gravitate cibi exhaustis. Sic corporis organis subiectis, coniungebatur Domino dicens: « Levavi oculos meos in montes, unde venit auxilium mihi ».

Et cum tuba clarius, gesta tanti viri per omnia vicina resonarent, solet enim ipsa virtus cultores suos aperte praedicare, tunc ipse filius omnia patris gesta edidicit, et corde divini amoris ardoribus succensus, despiciens omnia, quae iuvenes animas valent allicere, ad patrem venit. Is filium magna cum laetitia suscepit, et Deo gratiarum debitis actionibus exhibitis, magno Nicephoro attulit; ad eius sacros pedes puero constituto, obtinuit ut eidem benediceret, et pariter monachum indueret: « Nam abundantem illi absque ulla opera inditam video Spiritus sancti gratiam, (sic vir magnus prophetico dono praeditus, dixit patri). Multam de hoc puero suscipe curam, o frater; nam futurus est non facile numerabilium monachorum pater; et multi per eum salutem consequentur ». Et bene ap-

μένον τόπον ἐξέπεμψεν ἐπευξά-
μενος.

precatus dimisit eos ad locum
eisdem destinatum.

§ Δ'.

Γενόμενος οὖν ἐκεῖ μετὰ τοῦ
πατρὸς ὁ μακάριος πόνοις σκλη-
ροτάτοις ἑαυτὸν ἐξεδίδου· καὶ τὴν
ὀλίγοις βατὴν ἐπιστροφῶς ἐφιλονεῖκει
πορεύεσθαι. Καὶ τὸ μὲν σῶμα τῷ
τραχεῖ τῆς διαίτης καὶ τῷ τῆς
ἀγρυπνίας συντόνῳ κατεμαραίνεται·
ἡ θεοφιλὴς δὲ ψυχὴ μᾶλλον ἐραι-
δρύνετό τε, καὶ τῶν ἡλιακῶν λαμ-
προτέρα βολίδων ἐδείκνυτο. Καὶ
διὰ τοῦτο διὰ σπουδῆς ἦν τῷ με-
γάλῳ τὸ μὴ τι τῶν δεξιῶν καὶ θεῶν
φίλων παραλιπεῖν· ἀλλὰ καὶ πᾶσιν
(*f. θ*) ἐγγειρῆσαι· καὶ πάντα πρὸς
πέρας αἵσιον ἀγαγεῖν. Καὶ συνεχῶς
ἀνελίσσων τοὺς τῶν πάλαι λαμ-
ψάντων βίους πατέρων καὶ διεργό-
μενος, τοῦ μὲν ζηλοῦν τὴν μετριο-
φροσύνην ἡπείγετο, τοῦ δὲ τὸ πρᾶον
ἡρεῖτο μιμεῖσθαι, καὶ τὸ φιλήσυχον
ἄλλου· τὸ τὰς ἀλόγους ὀρέξεις καὶ
τὸ φιλήδονον ἀναχαιτίζειν εἰδὸς ἐγ-
κρατές· κατορθοῦν ἔσπευδεν ἄλλου
τὸ περὶ τὰς προσευχὰς καὶ παν-
νύχους στάσεις μετρίειν καρτερικόν·
καὶ, ἵν' εἴπω τι συντομώτατον, τὸ
φιλόπονον τῆς φιλέργου μελίσσης
ἐπιδεικνύμενος. Τὰ πάντων κάλλι-
στα καὶ πρὸς σωτηρίαν φέροντα
συλλεξάμενος τοῖς τῆς ψυχῆς ἐνα-
πέθετο κόλποις ὁ πάνσοφος, καὶ ὥσ-
περ τὰ τῶν ἀρωμάτων εὐώδη τῆς
προσούσης αὐτοῖς εὐπνοίας καὶ τὸν
πλησίον ἀέρα πληροῖ· οὕτω δὲ καὶ
ὁ θειότατος οὗτος Σάβας καὶ ἀπ' αὐ-
τῆς μόνης τῆς συνουσίας πολλὰν
ἐνίει τῇ ψυχῇ τὴν ὠφέλειαν καὶ
τῶν αὐτοῦ μετεδίδου χαρίτων. Καὶ
πανταχοῦ σχεδὸν Σικελίας ἡ φήμη

§ IV.

Itaque una cum patre consti-
tutus beatus puer sese asperri-
mis submisit rigoribus, et viam,
vel paucis datam, absque remis-
sione currere contendit. Corpus
per duram diaetam, et continuas
vigilias macerabatur, et animus
Deo carus magis magisque splen-
dore quasi solaribus radiis pul-
crior enitebat. Ideoque valde cor-
di erat pueri magni nihil intenta-
tum relinquere ex iis, quae ho-
mines Deo amici atque dilecti pa-
traverunt: imo vero ad omnia
manus admove, cunctaque ad
felicem perfectionem adducere.
Et cum manu sedula versaret hi-
storias Patrum, qui antiquitus
emicuerunt, ad alterius quidem
aemulandam humilitatem sese
sentiebat incitatum, alterius vero
contendebat imitari mansuetudi-
nem, alterius amorem solitudinis,
quae adeo valet ad compescendos
irracionales impetus atque desi-
deria voluptatum. Satagebat in-
super et ad alterius exemplum
dirigere perseverantiam stabi-
lem in precibus et vigiliis, per
totam noctem stando, peractis.
Atque ut breviter multa com-
plectar, anxietatem illam labo-
ris ostendebat, quae propria est
apis solertissimae; et omnia vel
optima, quae ad salutem con-
ferunt, colligebat atque in sinu
animae ille sapientissimus de-
ponebat. Et sicut aromatum un-
guenta odore suo perflant aerem

χωροῦσα, τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον ἀνθρώ-
πον ἐμεγάλυνε.

Διὸ καὶ πολλοὺς τῆς ἀσκήσεως ἔρως
λάμβανει καὶ ὅλοι τῆς πρὸς αὐτὸν ἀφί-
ξεως γίνονται, οἱ τὸν τόπον καταλά-
βοντες· καίπερ μήπω τεθεάμενοι τὸν
μακαρίτην ἅμα τῷ τοῦτον ἰδεῖν, αὐτὸν
εἶναι τὸν ζητούμενον ἐτεκμήραντο,
εὐπροσιτὸν ἦθος καὶ χάριν κατι-
δόντες, ἄγγελον τῆς ἐνδοῦ ἀρετῆς
ἀψευδῆ. Οὕς Χριστοφόρος καὶ Σά-
βας ὑποδεξάμενοι καταλόγον ἤρ-
ξαντο συνιστᾶν μοναχῶν· καὶ τὸ
μὲν πρῶτον οὐ μικρῶς ἐδυσχέρα-
νον τῶν πρὸς τροφήν αὐτοῖς ἐπιτη-
δείων σπανίζοντες· ἐπειτα δὲ τῆς
ἀνωθεν ῥοπῆς ἑαυτοὺς τῆς τᾶ σύμ-
παντα χρηστότητος ἐμπί (f. 7) πλώ-
σης, συνετῶς ἐξαρτήσαντες, πάντας
τοὺς ὡς αὐτοὺς φοιτῶντας ὑπταίαις
ἐδεξιοῦντο χειρσί, καὶ τοῖς προλαβοῦσι
συνέταττον.

Καὶ ἐπειδὴ τὸ τῶν μοναχῶν
πλῆθος ταῖς καθ' ἑκάστην ἐπεδί-
δου προσθήκαις, ἡξίου τὸν μακα-
ρίτην Νικηφόρον ὁ Χριστοφόρος
τὴν φροντίδα τῶν ἀδελφῶν ὑπελ-
θεῖν· τὸν δὲ πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν· - Οὐκ
ἤδη σοι, φθάσας ἔρην, ὡς ὁ νεα-
νίας οὗτος πολλῶν ψυχῶν ἀρηγή-
σεται; Ἡὼς οὖν λήθῃ τὸ προβόη-
θὲν παραδέδωκας; - Καὶ τῆς χειρὸς
τοῦ μεγάλου λαβόμενος Σάβας, - Οὐ-
τός ἐστιν, εἶπε τῷ γέροντι, ὁ τὴν
τῶν μοναχῶν παρὰ τῆς ἀνωθεν
προνοίας προστασίαν ἐγχειρισθεῖς. -

vicinum, ita et is divinus Sa-
bas vel tantum praesentia sua
multam exhalabat in animas pie-
tatem, et suae gratiae participes
eas efficiebat. Fama per omnem
fere Siciliam pervagata, sancto
viro magnam aestimationem
comparaverat.

Propterea multi asceticam vi-
tam eligere constituebant. Cum
accessissent, vix eo conspecto, ex-
periebantur invenisse quem quae-
rebant; tantam enim veneratio-
nem et personae habitus et dulcis
aspectus adspicientibus ingere-
bat, quasi revelator interioris
perfectionis fidelissimus. Hos
Christophorus et Sabas susci-
pientes instruebant ad statuen-
dam vitae monasticae rationem.
In primordiis autem haud pa-
rum sunt gravati in iis alendis,
cum et sibi multa esset de re-
bus necessariis inopia; sed deinde
semetipsis in superna providen-
tia, quae omnia implet benedic-
tione, velut in lance sapienter
appensis, suscipiebant supinis
manibus omnes sibi similes ac-
cedentes, et in numerum sanctum
cooptabant.

Quotidianis accessionibus mo-
nachorum crescente numero,
Christophorus precatur Nicepho-
rum, ut curam fratrum suscipe-
ret. Haec autem is fatus est: « An
nescis iuvenem illum multis ani-
mabus ducem praeficiendum?
Et quomodo praedictionum obli-
tus es? » Atque e manibus ma-
gni Christophori suscipiens Sa-
bam dixit seni: « Is est divino
consilio destinatus ad prae-
fecturam monachorum susci-
piendam ».

Τούτων ἀκούσας ὁ Θεοφόρος τῶν τοῦ Θεσπεσίου Νικηφόρου ποδῶν ἐραψάμενος, ἰκέτης ἐγίνετο· καὶ θερμῶς ἐδεῖτο μὴ τὴν ἀρχὴν ἐπιτραπῆναι τῶν ἀδελφῶν· καὶ ὅς, - Τὴν ὑπακοήν, ὧ τέκνον, πλήρωσον. καὶ τὸν αὐτῇ κείμενον ἀπολήψῃ μισθόν, καὶ τῷ προσήκοντι. Καὶ Χριστὸς γὰρ οὐ τὸ οἰκεῖον ποιήσων ἐλήληθε θελημα, τὸ τοῦ πατρὸς δέ· Ὑπήκοος γὰρ, ὡς φησι Παῦλος, γέγονε τῷ πατρὶ μέχρι θανάτου. θανάτου δὲ σταυροῦ. Καὶ τῆς μὲν ἱερᾶς καὶ θεῷ προσοικειούσης ὑπακοῆς ὁ μισθὸς ἀφρατος· τὸ δὲ τῆς ἀνυπακοῆς ὄντως καὶ χλευσθὲν· καὶ ἴσασι πάντως οἱ τοῦτου πεπειραμένοι. -

§ E'.

Ταῦτα τοῦ μακαρίου φήσαντος Νικηφόρου, Σάββας ὁ θαυμαστὸς τὴν τῶν μοναστῶν προστασίαν ὑπέλαβεν· καὶ ἐπέπερ τὴν τοῦ πνεύματος χάριν πλουσίως εἶχεν ἐπιχορηγουμένην αὐτῷ, προσφόρως ἄγαν τοῖς ὑπὸ αὐτὸν προσεφέρετο. Τούτοις μὲν παρακλήσει χειραγωγῶν πρὸς τὰ κρείττονα, τῶν δὲ τὸ νωθρὸν ἐπιλήξει διαγείρων μετρίαν, ἐτέ-(/. 8) ρων ταπεινώσεως ὑποθήκαις κατασπῶν τὸν τῦρον καὶ μετριάξειν πείθων ἐπ' ἀρεταῖς, πᾶσι πρὸς τὰ τοῦ πονηροῦ δελεάσματα γενναίως ἵστασθαι παραινῶν· καὶ μεγαλοψύχως τὰ τῆς ἀσκήσεως φέρειν ἐπίπον· τὸ γὰρ πρὸς τὸ δυσχερὲς τῶν ἀγώνων ἐπαγορεύειν καὶ ῥαθυμίας ἡττάσθαι σαθρᾶς τῷ ὄντι καὶ παρειμένης ψυχῆς καὶ τοῦ ἐπαγγέλματος ἀνάξιας. Οὕτως πρὸς ἀρετὴν ἀλείφων ὁ μέγας τοὺς μαθητάς καὶ καταρτίζων ταῖς εἰσηγήσεσιν, τῆς πρὸς οὐρανὸν φερούσης ἔχουσθαι πα-

Quae cum audisset divinus iuvenis ad pedes venerandi Niphori provolutus supplex et fervidus deprecabatur, ne regimen fratrum sibi committeret. Et ille: « O fili, morem gerito: et obedientiae praemium suo tempore accipies. Ipse Christus venit non suam facturum voluntatem, sed illam Patris sui. Dixit enim Paulus: *Factus est obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis*. Merces vero obedientiae sanctae et Deo nos appropinquantis est ineffabilis; sicut et poena inobedientiae vere est intolerabilis, ut bene norunt experti ».

§ V.

Cum haec dixisset beatus Niphorus, curam monachorum suscepit mirabilis Sabas, qui abunde gratia Spiritus sancti praeditus, abundanter subditos participes efficiebat: alios quidem hortatibus, veluti manu ducebat ad meliora, aliorum vero segnitiam, additis stimulis, excitabat, aliorum quoque superbiam humiliationibus compescebat, et modestiam insinuat, omnes exhortatus ad virtutem contra maligni hostis artificia, et grandi animo ad labores asceticae vitae sustinendos; ita ut reputarent indignum animabus et monasticae professioni vel dicere arduum certaminum iter, multoque minus debiles cedere segnitiei. Hoc pacto magnus ille discipulos ad virtutem alliciens, atque exhortationibus ciens, comparabat ad arripiendam tenendamque viam

ρεσκεύαζε· ἀλλ' οὐ γὰρ ἀνεκτὰ τῷ βασιλικῷ ταῦτα κατέστη δαίμονι, οὐδὲ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἀρετὴν οὕτω διαλάμπουσιν ἤνεγκεν· ἀλλὰ τοὺς μισαῖρόνους Ἰσμαηλίτας εἰσθούς, πειρασμοὺς δι' αὐτῶν ἔσπευσε τοὺς ὁσίους περιβαλεῖν.

§ 5'.

Ἐπιστρατευσάντων γὰρ ἐκείνων πάσῃ τῇ γῶρᾳ, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν πάντα ληϊζομένων, λιμός τις πικρότατος, οὐ μόνον τοῖς ἐν πόλεσι κατοικοῦσι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ὄρεσι διαιτομένοις ἐνέσκηψε· καὶ ἦν ἰδεῖν τραγωδίαν φορικτὴν καὶ πᾶσαν συμφορὰν ἀποκηρύττουσαν. Πολλοὶ γὰρ τῶν χριστιανῶν κατ' ἐκείνο καιροῦ βρώμα τὰς τῶν φιλόττων παίδων ἐποίησαν σάρκας· καὶ τοῦτο ὁρᾶσαι γεννητόρων ὁδόντες οὐκ ἐμυσχόθησαν· ὁ πάλαι τῷ Ἰουδαίων ἔθνει τετέλεμμετο, οἷας τῆς χριστοκτονίας τινύννῃ. Ἀλλὰ καὶ παῖδες δυστύχων γονέων σαρκὸς ἀπεγεύσαντο, καὶ ἀδελφῶν ἀδελφοί· οὐδὲ γυναῖκες ἀπείρατοι τοῦ δεινοῦ τῆνικαῦτα διέμειναν· ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐταὶ τὰς τῶν ἰδίων ἀνδρῶν γαστέρας ἐπλήρωσαν. Τοῦ λιμοῦ δύναστεύοντος καὶ ἡ φύσις καθ' ἑαυτῆς (f. 9) ἐχώρει καὶ ἑαυτὴν κατεβόσκετο, καὶ τὸ τοιοῦτον ἄγος εἶδε παρὰ τοῖς ὁρίοις ἐκείνοις ὁ ἥλιος.

Ταῦτα δὲ μὴ φέροντες ὄραν οἱ τοῦ μακαρίτου Σάβα συγγενεῖς καὶ ἡ τούτου μήτηρ ἐν τῇ πόλει Κολασσαέων ὡς αὐτὸν στείλαντές τινα τὴν ταχίστην ἐλθεῖν καὶ τῶν συνεχόντων αὐτοὺς ἐξελέσθαι δεινῶν ἐλιπάρουν. Τόνδε ταῦτα μαθόντα ὁριμαῖά τις εἰσηλθεν ἀνία· καὶ τι γὰρ ὁ παῖς εὐγνώμων ἦν, καὶ τὸ τῆς τεκούσης πάθος οἰκτεῖον ποιού-

ad coelestia. Sed haec intolerabilia erant invidio diabolo, qui adeo fulgentem iustorum virtutem non sustinebat; et foedos adducens Ismaelitas, sategit innumeris circumdare sanctos viros tribulationibus.

§ VI.

Omnem regionem cum occupassent, et omnia praedae ac minis subiicissent, facta est famēs valida non modo incolis civitatum, sed et iis qui montes tenebant. Spectaculum tragicum videre erat, ac simul omnes aernumnas ostendens. Per illud temporis plurimi christianorum eo adducti sunt, ut cibum suum facerent dilectorum filiorum carnes: ac genitorum dentes non horruerunt experire, quod gens Iudaica ausa est, quando poenas ob Christi mortem luebat. Filii ipsi carnes miserorum parentum gustavere, et fratres fratrum; nec mulieres abstinuerunt, sed et ipsae consortium suorum carnes vesci sunt ausae; tanta enim erat vis famis, ut natura ipsa sibi cederet, seque devoraret; tantumque execrandum spectaculum in illis finibus sol ipse aspicere cogebatur.

Tanta haud tolerantēs Sabae propinqui et praecipue mater in urbe Colassaeorum, et ad eum mittentes hortantur ut veniat, eosque ab opprimentibus angustiiis eripiat. Acerba moestitia haec audientem occupat; erat quippe gratus filius, et matris dolorem suum esse reputabat: statim cum patre accedens eos invenit.

μενος, καὶ θᾶπτον σὺν τῷ πατρὶ κατὰ τὴν ἐνεγκαμένην γενόμενος εὐρίσας πάντας ἐσγάτοις κακοῖς παλαίοντας. Οὐ γὰρ μόνον τῶν αὐτοῖς προσόντων ἀπέξενοντο, ὅπερ καὶ αὐτὸ δεινὸν καὶ ψυχῆς καθικνεῖσθαι δυνάμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ παρὰ τῶν κακίας θεραπευτῶν χερσὶ τῶν Ἰσμηλιτῶν εἰς θάνατον παρεδίδοντο· ὃ πολλοὶ καὶ τῶν μοναζόντων πεπόνθασιν. Τόδε δὲ ὁ πανίερος οὐτοσὶ Σάβας οὐ τοῖς οἰκείοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἄλλοις τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο· δι' ἐρήμων ὁρέων διαβιβάσας αὐτοὺς, καὶ καρτεροῖς ἐγκατοικίσας ἐρύμασι, καὶ τὴν πληθὺν ἐκεῖσε καταλειπὼν τοῦ λαοῦ, διαποντίῳ πορείᾳ μετὰ τῶν αὐτοῦ γεννητῶν τὴν Καλαβρίαν καταλαμβάνει. Καὶ τῇ τῶν Καρωνιτῶν ἐπιτροιτῆσας κώμῃ τισὶ τῶν αὐτῶν συγγενῶν φιλοπρόνως ἐπιξενούται.

§ Z'.

Καὶ ἡμερῶν παρηκουσῶν οὐ συχῶν τοὺς τεκόντας παρὰ τοῖς συγγενέσι ἔασας, σὺν ἅμα τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ (Μακάριος οὗτος ἦν ὁ θεοφιλῆς μοναχὸς) ἐν τῇ τοῦ Μερκουρίου ἐπαρχίᾳ γίνεται. Καλαβρίας μεταξὺ καὶ Λαγοβαρδίας κειμένη· ἐνθα (f. 10) ὅτι πλείστοι κατῴκουν μοναχοὶ, πόνοις ἀσκήσεως εὐτόνως ἐγγυμναζόμενοι· οἱ μὲν τὸν ἐρημικὸν πάντῃ καὶ ἄμικτον μετεργόμενοι βίον, καὶ τῷ Θεῷ προσλαλοῦντες μόνω, οἱ δὲ οἰκίσκοις ἡσυχίαν ἱκανοῖς παρέχειν ἐγκαταμίνοντες, ἕτεροι δὲ μιγάδι στοιχοῦντες κανόνι καὶ τὸν τῆς ὑποταγῆς ἄλλων ἀνύοντες. Οὗ δὲ Σάβας τὸν μὲν τόπον τῆς ἐπιτηδειοτήτος λίαν ἀποδεξάμενος, τοὺς δὲ τιμολύς ἀνδρας τῆς ἀκριβοῦς πολιτείας θαυμάσας

extremis malis iam confectos. Non solummodo concives proximique erant veluti mancipia abducti, quod certe acerbissimum est et ad penetrandam animam potens; sed eos etiam ab Ismaelitis, tot malorum auctoribus, neci traditi fuerunt; inter quos etiam plurimi monachorum occubere. Tunc igitur Sabas sacratissimus non modo suorum sed multorum saluti consuluit, eos traiciens per deserta montium, ad loca munita (Erymeta) occupanda adducit. Postquam ibi populum constituisset, per marinum iter cum parentibus ad Calabriam confugit. Ibique ad regionem Caronitarum accedens, a quibusdam propinquis suis benigne exceptus est hospitio.

§ VII.

Haud multis transactis diebus parentes apud propinquos suos relinquens, ipse cum fratre suo, qui erat Macarius Deo gratissimus monachus, venit ad Mercurii regionem finitimam Calabriae et Longobardiae, quam et plurimi incolebant monachi asceticae vitae exercitiis impense dediti. Horum quidam eremiticam vitam ab omni hominum commercio seiunctam agebant, unice Deo colloquentes: quidam vero in casulis manebant haud paucis ad quietem et solitudinem idoneis: alii mixtae regulae subditi in obedientiae certaminibus exercebantur. Locus visus est idoneus Sabae, qui et venerabilium virorum miratus accuratam vitae

εὐχῇ δοὺς ἑαυτὸν. - Εἰ σὸν ἐστίν, εἶπε, θέλημα κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ οἰκῆσαι με τὸν σὸν δοῦλον ἐνταῦθα, δηλὸς μοι τῇ σῇ χρηστότητι ὁ τῆς κατοικίας γένοιτο τόπος· καὶ μὴ τὴν ἐμὴν βδελυζάμενος δέησιν παρσιωπῆσης. - Καὶ τῆς εὐχῆς αὐτῷ πέρας λαβούσης θεῖα τις ὄψις ἐπιφοιτήσασα, τὸν τόπον αὐτίκα δείκνυσιν τῷ δικαίῳ. Καὶ ὃς τὴν συνήθη, εὐχαριστίαν δοὺς τῷ δεσπότῃ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ γεννήτορας καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς μεταπέμπεται, καὶ πρὸς τὸν ῥηθέντα γῶρον ἀνάγει· ὃν μηδὲν μελλήσαντες ἐκκαθαίρουσι, καὶ πυρὶ θαπνῶσι τὴν ὕλην, εὐθύς τε πρῶτον ναὸν ἱερὸν ἐπὶ ὀνόματι τοῦ ἀρχισρατῆρου Μιχαὴλ ἀνεγείρουσι. Τοῦ μάκαρος ἁγίου ἐστὶ εἰρηκότος τὴν τῶν σωζομένων προοικοδομηθῆναι μητέρα· εἰθούτως τὰς τῶν μοναζόντων οἰκήσεις. Καὶ τῆς ἁνωθεν ἐπικουρίας συνεφαπτομένης τῶν πόνων, οὕτω πάντα χρηστὸν ἀπειλήφει πέρας.

§ H'.

Οἱ δὲ γε θεῖοι πατέρες οἱ τὸν τόπον οἰκοῦντες ἐκεῖνον, οὓς ἤδη εὐχόμενοι ἐδηλώσαμεν, τὴν τοῦ θεοφύρου Σάβα (f. 11) πολιτείαν ἐωρακότες, φωνὰς πρὸς κύριον εὐχαριστηρίους ἠψίσαν τὸν αὐτοῖς τοιοῦτον φωστῆρα δείξαντα· ἕως γὰρ νέαν εἶχε τὴν ἡλικίαν ὁ ὅσιος ἐνὶ μόνῳ χιτῶνι τὰς ἐναντίας φέρων ἐκτροπὰς τοῦ ἀέρος ἤρκετο. Θέρους μὲν ἡλιακῶς ἀκτίσι φλεγόμενος, χεῖμῶνος δὲ σφοδρότητι κρύους πηγνύμενος· ἀλλὰ καὶ βαδίζων ὁ γενναῖος καὶ τῷ ἔργῳ προσκαίμενος γυμνὸς εἶχε τοὺς ὠραίους ὄντως

rationem, ad Deum in prece conversus est, atque oravit: « Si voluntas tua est, domine Iesu Christe, ut ego servus tuus hic maneam, in benignitate tua notum fac mihi locum mansionis meae, neque orationem meam despicies taceas ». Quam cum complevisset orationem, visio quaedam divina oblata statim locum commonstravit huic iusto viro. Ipse autem consuetis peractis Deo gratiarum actionibus sanctos parentes suos et qui cum eis erant, accivit, atque ad praedictum adduxit locum; ubi sine mora expurgantes et igne cremantes sylvestria, templum erigunt sub nomine Michaelis archangeli. Dicebat enim vir sanctus quod ante omnes aedes illa extruenda erat, quae esset mater eis qui salvi facti sunt, et deinde monachorum mansiones. Accedente operibus laboribusque eorum divino auxilio, omnia optime sunt absoluta.

§ VIII.

Sancti autem patres qui loca illa incolebant, de quibus aliquid indicavimus, cum aspicerent divini Sabae rationem vitae, gratias rependebant Deo, qui eis tale monstrasset luminare. Ille vel a iuvenili aetate unica utebatur veste in aeris varietatibus, ut per aestum solaribus radiis ureretur, et in hyeme rigesceret. Cum ambularet vel ad opera incumberet, nudos gerebat pedes, iuxta sacra eloquia vere pulcros et apostolicos dicendos, et nudum sacrum caput habebat. Cum la-

πόδας καὶ ἀποσολικοῦς, ὡς δὲ καὶ τὴν τιμὴν αὐτοῦ καὶ ἱερὰν κερφαλὴν. Καὶ πρὸς κύριον αἴρων τοὺς ὀφθαλμοὺς - Ἰδε τὴν ταπεινώσιν μου - μετὰ θαυρόων ἐβόα. Καὶ - Ἀφες πᾶσας τὰς ἁμαρτίας μου. - Τῇ δὲ ἀγρυπνίᾳ πολλάκις τοῦτον ἐνησχυλεῖτο τὸν τρόπον. Ἦδε μὲν ἄρ' ἐσπέρας τὰ τοῦ Δαυὶδ λόγια γονυκλινῶν, καὶ χεῖρας τείνας σταυροειδῶς, καὶ τὰ ἐκεῖθεν καλλὴ φανταζόμενος ὁ θαυμασιος· ἡνίκα δὲ πᾶσι τέλος τοῖς ψαλμοῖς ἐπετίθει τὴν ἀδελφότητά συναθροίζων, μετ' αὐτῶν ἄχρι πρωῒας τὴν ὑμνωδίαν παρέτεινεν. Ἐπειτα τοσούτου μεταλάμβανεν ὕπνου ὅσος ἀπέχρη τὸ σῶμα παραμυθεῖσθαι τῷ συνεχεῖ τῶν πόνων κατεργαζόμενον· τὸν μέγαν ἐν τούτῳ καὶ θεῖον ζηλῶν Ἀρσένιον.

Πολλοὶ γοῦν οὐ τῶν πέλεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πόρρω λαχόντων τὴν οἰκήσιν ὡς τὸν μέγαν ἐφοίτων ἁγιασμοῦ καὶ ὠφελείας τευζόμενοι, καὶ οὐκ οἱ τὸν ἀπράχμονα μόνον καὶ μονασικὸν διώκοντες βίον ἔρωσι τῆς τοῦ ἀνδρός ὁμιλίας ἐλίσκοντο· ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς ἐν πόλεσι καὶ κώμασι οἰκοῦντας πόθος εἰσῆει πολὺς, τοῦτον ἄξιον ἱστορησῆαι καὶ τῶν αὐτοῦ διδαγμάτων ἀπό- (σ. 12) νασθαι. Οἱ σὺν οὐδὲ μιᾷ μελλήσει παραγινόμενοι, πρόσωπόν τε πολλῆς χάριτος γέμον ὁρῶντες καὶ λόγους ἀπὸ χειλέων γλυκασμὸν σταζόντων ἐνωτιζόμενοι, ἀπογρῶσαν τοῦ τῆς ὁδοιπορίας κόπου τὴν ἀμοιβὴν ἀντελάμβανον. Τί γὰρ χαριέστερον ἢ μακαριώτερον τοῦ πλήρει συνέσεως τὰς ὀψεις ἐπιβάλλειν ἀνδρὶ καὶ ῥήματα ζωῆς ἐξ αὐτοῦ πηγάζοντα δέχεσθαι; Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν οὐκέτι πρὸς τὴν τοῦ κόσμου πλάνην παλινδρομήσειν ἡνέχοντο· ἀλλ' ὑπὸ τῷ μεγάλῳ ταπείνοισιν τὴν ἀσκητικὴν παλαίστραν

crymis exclamare solebat ad Dominum elevans oculos suos: «*Aspice ad humilitatem et ad laborem meum.* Addebatque: *Dimitte omnia peccata mea.* In vigiliis non raro hoc adhibebat modum: canebat a vespere flexis genibus Davidicos hymnos et manibus in modum crucis extensis mirabilia canticorum meditabatur; post vero omnes psalmos sese adiungebat congregationi fratrum, et cum ea hymnologiam usque ad mane protrahebat. Postea vero tantum capiebat somni, quantum necesse erat ad refocillandum corpus, ut continuatis operibus praesto esset, magnum illum ac divinum Arsenium in his imitatus.

Multi non solum prope incolentes, sed et dissiti ad eum veniebant sanctitatem atque utilitatem recepturi; atque non modo qui liberi erant aut vitae monasticae mancipati, desiderio eum alloquendi alliciebantur, sed et omnes e civitatibus et castris movebantur desiderio invisendi hunc virum, ut ab eius doctrinis caperent utilitatem. Quidam etiam absque ulla proposita causa accedentes, tandem cum adspicerent faciem illam tantis refertam gratiis, atque audirent sermones a mellito eius ore profluentes, lucrum utilissimum ex itinere suo laborioso referebant. Quid enim dulcius beatiusve, quam oculos figere in homine tanta sapientia pleno, atque sermones vita manantes ab eo excipere? Et tunc quidam ex iis nunquam ad mundanos errores sibi permittebant reditum,

μετήεσαν, καὶ τὴν φύσιν ἐπιπόνως
ζῆν ἐβιάζοντο. Οἱ δὲ ταῖς τοῦδ' οἴου
βελτιούμενοι διδασκαίς πρὸς τὰς οἰ-
κήσεις ἑαυτῶν ἐπανήεσαν· καὶ τῷ
φθάσαντι βίῳ παλινωδίαν ἤδον· καὶ
ταῦτα μὲν ὧδέ τε ἔσχε καὶ εἰς
τοιόνδε πέρας κατήντησεν.

§ Θ'.

Ἐπανῆκε δὲ πάλιν τῶν θεοστυ-
γῶν καὶ βεβήλων Λαγαρηνῶν στρα-
τιὰ· καὶ πᾶσι τοῖς ἄνα τὰ ὅρια τῆς
Καλαβρίας οἰκοῦσι, πρὸς δὲ καὶ τοῖς
ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις διάγουσιν·
μυρίον ἐνῆκαν φόβον οἱ ἄσεβεῖς,
καὶ πάντες δείματος ἐπληρώθησαν.
Καθ' ὃν καιρὸν καὶ Μαλακεῖνός ἐκεῖνος
ὁ τῇ τοῦ πατρικίου ἀξία τετιμημένος
κατακράτος ὑπὸ τῶν μιαρῶν ὤλετο.
Ταῦτα δὲ τὰ πολλῶν ἀξία γέγονε
θρήνων τοῦ θεοῦ πάντως διὰ τὰς
ἡμῶν συγχωρήσαντος ἀμαρτίας.

Τότε τοίνυν τόπος ἐρυμνός κατὰ
τὴν παράλιον οὖσιν ἤρευνᾶτο πατρά-
σι πρὸς ἀποφυγὴν τῶν δεινῶν, καὶ
ὁ γὰρ τὰ ὅρια περινοτοῦσι τοῦ Λατινια-
νοῦ, μεθ' ὧν καὶ ὁ μακαρίτης ἄπεισι
Σάβας· καὶ ὥσπερ ὑπὸ τινος ἀγγέλου
χειραγωγούμενος ὠχυρωμένῳ πᾶντι
(f. 13) Καστελλίῳ περιτυγχάνει πρὸς
αὐταῖς ταῖς ὄχλαις ὄντι τοῦ ποτα-
μοῦ. Σίγνον τοῦτον ἐπονομάζουσιν.
Ο δὲ θεὸς ἀνὴρ ἐρμαῖόν τι θαυμα-
στὸν τοῦτο λογισάμενος εἶναι. ἄνει-
σιν εὐθὺς εἰς αὐτό· καὶ οἶκον εὐκτῆ-
ριον ἐν τούτῳ τοῦ μάρτυρος εὐρη-
κὼς Λαυρεντίου, ἔγνω θεοῦ βούλησιν
εὐδοκεῖν τοῦτον οἰκισθῆναι τὸν τό-

sed duce magno viro, asceticam
palaestram ingrediebantur, relu-
ctantemque naturam ad laborio-
sam vitam suscipiendam com-
pellebant. Alii vero exhortante
sancto viro meliores effecti, do-
mum repetebant, ut de vita an-
teacta conversi palinodiam ca-
nerent. Ita et haec omnia ad
unum atque eundem finem reci-
debant.

§ IX.

Supervenit autem rursus im-
piorum ac execrabilium Aga-
renorum exercitus; et tum iis,
qui regionis Calabriae fines in-
colebant, tum iis insuper qui in
montibus cavernisque degebant,
ingentem timorem impii illi at-
tulere, terroribusque omnia im-
pleverunt. Per illud temporis
Malacaenum illum, qui Patricii
dignitate decoratus erat, ab in-
fidelibus occisus est. Vere la-
crimabilia, quae ob peccatis no-
stris, permittente Deo, accide-
runt!

Tunc locus quidam praeceps
in littore ad confugiendum in
angustiis investigatur a patribus
iam vagantibus per fines Lati-
niani; quibuscum abiit beatus Sa-
bas, et quasi ab angeli manu du-
ctus pervenit ad Castellium valde
munitum ad ripas fluminis. Flu-
men istud Signon appellabatur.
Divinus vir veluti mirabile et sa-
lutare refugium illud reputans,
ibi statim conquievit; et cum in
eo reperisset aediculam in hono-
rem beati Laurentii, bene cogno-
vit placitum esse Deo, ut ibi de-
geret, et salutis locum haberet.

πον καὶ φροντιστηρίου τάξιν λαβεῖν. Καὶ ὁτὶ τὴν μὲν ὕλην ἀμφιλαφεῖ οὕσαν ἀνακαθαίρει οἰκοδομεῖ δὲ τινα πρὸς ἀσφάλειαν προτειγίσματα. Εἰθούτως ἐκ βάρων ναὸν καινὸν ἐπὶ ὀνόματι τοῦ ῥηθέντος μάρτυρος οἰκείαις ἀνεγείρει χερσὶ καὶ πληθὺς συναγαγὼν ἀδελφῶν περιρρανέσθαι τὴν μονὴν συνεστήσατο, ἐν ᾗ πλεῖστοι πρᾶξει καὶ θεωρίᾳ διέλαμψαν.

Ἐν τῇ λεχθείσῃ τοίνυν μονῇ Μακάριον τινα τοῦνομα πρακτικώτατον ἄνδρα καὶ λόγῳ κοσμούμενον οἰκονόμον ὁ ἱερός κατεστήσατο Σάβας· ἐπιτραπέσιος οὖν τῆς τῶν μοναχῶν φροντίδος αὐτοῦ. τῇ ἡσυχίᾳ τὰς πέντε τῆς ἐβδομάδος ἡμέρας προσανείχεν ὁ μέγας. τροφῆς τε μετεῖχεν οὐδὲ μίᾱς. Σαββάτου δὲ ἐξῶν τῇ ἀγρυπνίᾳ μετὰ τῶν ἀδελφῶν μέχρι τῆς θείας λειτουργίας ἐνήθλει. καὶ τῶν ἀγίων τοῦ Χριστοῦ κοινωνῶν μυστηρίων καὶ συνεσθίων τοῖς ἀδελφοῖς. πάλιν τῇ φιλῇ προσήορευεν ἡσυχίᾳ. Εὐθύμιον κατὰ τοῦτο μιμούμενος τὸν ἀσίδιμον. Πολλάκις δὲ καὶ τοῦ κατὰ τὸν Σίγγον ποταμὸν ἐπιβαίνων ὄρους. φιλήσυχος γὰρ ἦν ὁ θεσπέσιος. ταῖς ἐν αὐτῷ λόγμαις ἐν φιλοχωρῶν ἦν. καὶ ταῖς πρὸς θεὸν εὐχαῖς ἐνηθόμενος μηδένος τὸν γῶρον εἰδότες. πλὴν Μακαρίου τοῦ ἐναγχοῦς δηλωθέντος. Οὗτος γὰρ ταῖς τῶν (f. 14) μοναχῶν φροντίσι κατατεινόμενος ἀπῆει θαμινώτερον πρὸς ἐκεῖνον παρηγορίας τευξόμενος. Ὁ γοῦν τῆς διακρίσεως λύχνος συνδιαφέρειν τὸν πόνον τῷ μαθητῇ διαγνοῦς τοῦ μὲν πρόβρωτέρῳ μετιέναι τὴν ἡσυχίαν ἀπέσχετο. Τῷ Κασελλίῳ δὲ περὶ ταύτην πονῶν καὶ τοῖς ἄλλοις μετεοδόδου τῆς ὠρελείας καὶ ἀρετῆς αὐτοῖς ἀρχέτυπον προὔκειτο.

Sylvestria locum opprimentia purgavit, et muris quasi propugnaculis munivit. Deinde e fundamentis novum templum martyri suis manibus exstruxit; et multitudinem congregans fratrum constituit celebre monasterium, in quo multi opere et contemplatione emicuerunt.

Huius igitur monasterii oeconomum beatus Saba constituit quendam nomine Macarium, virum in agendis sollertissimum et sermone exornatum. Cumque ei monachorum demandasset curam, ipse vir magnus per quinque hebdomadis dies solitudini sese dabat, nullumque suscipiebat alimentum. Die vero sabbati exiens ad vigiliam cum fratribus usque ad divinam liturgiam, postquam Christi mysteriis communicasset, et cum fratribus comedisset, ad dilectam remeabat solitudinem, celebrem sic imitatus Euthymium. Saepe ascendebat montem proximum flumini Signo; erat enim valde silentii amator ille vir sanctus, ibique libenter versabatur, in precibus tantum delectatus. Eius refugium unus norat dictus Macarius, qui multis monachorum curis distentus illum consolationis causa accipiendae frequentius adibat. Sabas vero, qui erat discretionis lucerna, cum nimium absens nosset adiungere laborem discipulo, se prohibuit a solitudine longinquiori quaerenda. Cum vero prope Castellum eremiticis laboribus sese dedisset, etiam alios iuvabat, factus illis virtutum exemplar.

Ἡνίκα δὲ τῶν πανάγων νη-
στειών ὁ καιρὸς ἐπεδήμει, τὴν μὲν
πρώτην τῶν τῆς τεσσαρακοστῆς ἐβ-
δομάδων ὁ ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ ἄσι-
τος ἦν μέχρι σαββάτου· καὶ τότε
ἄρτω βραχεῖ τὸ σῶμα πεπονηκὸς
ἀνεκτάτο καὶ ὕδατι. Τὰς δὲ μετ' αὐ-
τὴν ἐβδομάδας, διὰ τριῶν ἁπαξ
ἡμερῶν, τοῦ μετὰ τὴν μέλειν δι-
δομένου τῶν μυστηρίων μεταλάμ-
βανεν ἄρτου· καὶ τούτου δὲ ἵνα
μὴ πρὸς τοὺς τῶν ἀγῶνων πόρους
ἀπαγορεύσῃ μετεῖχεν ὁ πάνσοφος.
Οὕτω μὲν οὖν πάντα τὸν τῆς νη-
στείας διάυλον διετέλει, φυλάττων
καὶ τῷ σώματι τὴν ἰσχύν, καὶ τῷ
νῷ τὸ ἀμειῶτον. Τὸ γὰρ ἔξω τῶν
ὄρων ἄττειν, καὶ τοῖς ὑπὲρ δύναιμι
ἐγχειρεῖν καὶ σώματος πάρεσιν καὶ
φρενῶν παραφορὰν τοῖς πολλοῖς ἀ-
περγάζεσθαι. Τῆς δὲ φαιδρίας τοῦ
Σωτῆρος καταλαμβανούσης Εὐγέρ-
σεως ἐν ἐπτά μόνον ἡμέραις συ-
νεσθίων τοῖς ἀδελφοῖς καὶ πάντων
ἀπλώτῃ καρδίᾳ μεταλαμβάνων
καὶ πνευματικῶς εὐφραίνόμενος πᾶ-
λιν τῆς προτέρας διαγωγῆς εἵχετο.

§ I'.

Θανατηφόρου πάθους ποτὲ κατὰ
πάσης μέλλοντος ἐνασκήπτειν τῆς
περιχώρου, περὶ λαιμὸν δὲ εἴωθε
τοῦτο συμβαίνειν. ὁ μέγας τὴν
ἐκκλησίαν καταλαβὼν καὶ πάντας
συναθροίσας τοὺς μοναχοὺς (f. 15)
τὴν ὀλεθρίαν ἔλευσιν αὐτοῦ προη-
γόρευεν· ἀπεκαλύφθη γὰρ τούτῳ προ-
σευχομένῳ καὶ τινα τῶν ἀδελφῶν
βαθμοῦ τοῦ τῶν ἱερέων ἡξιωμένον
προσκαλεσάμενος, στέλλει πρὸς τὸ
τοῦ ἱεροῦ Θεοδώρου σεμνεῖον τὸ
τοῦ Σάληκος ἐπιχωρίως ὀνομασμέ-
νον, προστάξας αὐτῷ τὸ τοῖς ἐκεῖ
πατράσι συμβὰν κατιδεῖν, καὶ τὴν

Adveniente sacri ieiunii tem-
pore, primam quadragesimae heb-
domada vir sanctus agens im-
pastus usque ad Sabbatum, tunc
parvo pane et aqua effoetum cor-
pus reficiebat. Per hebdomadae
tribus diebus suscipiebat panem,
qui distribuitur post susceptio-
nem sanctorum mysteriorum;
hocce vir prudens faciebat ne si-
bi alii poenitentiae labores inter-
dicerentur. Atque hoc pacto to-
tum ieiuniorum stadium absolve-
bat consulens corporis viribus,
ne animae aliquid meriti immi-
nueretur. Quandoquidem in his
impetu ferri, nullis servatis fini-
bus et supra vires contendere, so-
let in multis gignere et corporis
languorem et mentis elationem.
Tempore autem festivae resur-
rectionis Salvatoris per dies se-
ptem dumtaxat cum fratribus co-
medebat, omnia in simplicitate
cordis et spirituali laetitia de-
gustans, et rursus modum vitae
resumebat pristinum.

§ X.

Lethiferus morbus totam re-
gionem erat pervasurus, qui
praecipue gulam offendere so-
let; tunc vir sanctus ecclesiam
petens, cunctos monachos con-
gregavit, et lethalem adven-
tum praedixit, ut sibi revelatum
fuerat in oratione. Atque accito
quodam e fratribus in sacerdo-
tali gradu constituto, eum misit
ad oratorium sacri Theodori,
quod vulgo appellatur de Salice,
eique mandans ut videat, quid
apud illos patres accideret, sta-
timque regrederetur. Cui ad mo-

ταρίσῃν ἐπανακάμψαι. Τόνδε τῷ φροντιστηρίῳ παραβλόντα τὸ λείψανον ἤδη Θεοδώρου τοῦ μάκαρος ἑωραχέναι προκείμενον, πρὸς δὲ ἕτερα δύο τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων ἀδελφῶν· καὶ φόβῳ κάτοχον γεγονότα, ἣ ποδῶν εἶχεν ἐπανελθεῖν, καὶ τὸ ὁραθὲν ἀπαγγεῖλαι τῷ θεσπεσίῳ. Οἱ δὲ πρὸς πάντας, - Εὐτρεπίσωμεν ἑαυτοὺς, πατέρες, ἔφη, καὶ ἀδελφοί, νηφούσῃ τῇ ψυχῇ ἑτοιμοὶ γενώμεθα πρὸς τὴν ἐξόδον ἀμώμητον· φυλάττωμεν τὸ ἐπάγγελμα, ῥύπου λογισμῶν καθαρὰν τηρήσωμεν τὴν ψυχὴν· ὅσον γὰρ οὐπω καὶ ἡμῖν παγίδος ἐπελεύσεται τρόπον. τὸ τῶν μοναχῶν ἐκείνων ἀψάμενον. Μηδεὶς οὖν τίνα τῶν ἐλαττωμάτων ἐν μυχοῖς καρδίας ἐχέτω· ἀλλ' εἰς φῶς δι' ἐξαγορεύσεως προτιθέτω, ἵνα μὴ κατὰ τὸν τῆς ἐξόδου καιρὸν ἐλεγκτοῖς περιπέσῃ χαλεπωτάτοις. - Τούτων ὑπὸ τοῦ ὁσίου ῥηθέντων τῇ ἐξῆς ἡμέρας νόσῳ τῇ ῥηθείσῃ δύο περισχεθέντες τῶν ἀδελφῶν, ἐξ ἀνδρώπων ἐγένοντο· καὶ τὸ πάθος μέγρι πέντε καὶ δεκάτης διέρπων ἡμέρας, πέντε τῶν μοναχῶν πρὸς τοῖς εἴκοσι νεκροὺς ἀπειργάσαστο. Προέγνωστο δὲ τῷ θεορῶν τούτων ἡ ἀποβίωσις, ὅς ἐπὶ πᾶσι τῷ τῶν ὅλων ἡν- (f. 16) χαρίσται δεσπότη. Καὶ τῷ προσάντει τοῦ βίου μᾶλλον προσέκειτο· ἦν γὰρ κομιδῇ ῥωμαλέος καὶ πρόθυμος καὶ πόνοις σώματος πλέον χαίρων, ἢ ἕτεροι θεραπείαις· διὸ καὶ χάρις αὐτῷ θεῷ παραδόξως ἐπικατέστη. Καὶ τοὺς ἐνοχλοῦντας ἐκάστῳ λογισμοῖς ἠδει· καὶ οἷσις μὲν ἕκαστος κλονούμενος ἦν καὶ ἡττώμενος· οἷων δὲ πάλιν κατεπαιρόμενος καὶ ὑπερκαθήμενος. Καὶ περιτρεπομένῳ μὲν συνήλγει τῷ μαθητῇ καὶ συνέκαμινεν ἡ φιλόανθρωπος ἐκείνη καὶ συμπα-

Ἡ δὲ αἰδέμιος καὶ ὁσία ἐν γυναιξίν, Καλὴ ἡ σύνευνος τοῦ μεγάλου Χριστοφόρου, τοὺς οἰκείους παῖδας θεασαμένη τὸ μοναδικὸν περιβεβλημένης ἅγιον σχῆμα καὶ ἐν αὐτῷ μεγάλως πολιτευομένους καὶ προκόπτοντας, καὶ τὸν βιωτικὸν ἅπαντα κόσμον ἀποδυσασμένη πρὸς τὸν μονήρη βίον μεθωρμίσθη· καὶ γίνεται καὶ αὐτὴ πρόξενος σωτηρίας πολλῶν ψυχῶν.

Καὶ ἦν ἰδεῖν πληθὺς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν συντρεχόντων τοῖς μακαρίοις, οἱ μὲν τῷ μεγάλῳ Χριστοφόρῳ, αἱ δὲ τῇ μακαριωτάτῃ καὶ ἀγίᾳ Καλῇ. Καὶ τὸ γλυκὺ καὶ ἀνῆρω (/. 61) τὸν κηρίον τοῦ μέλιτος, λέγω δὴ, τὸ τῆς ἀρετῆς ἐργαζομένους ἐν προθυμίαις Χριστοῦ μελισσῶν.

§ Η'.

Καὶ ἔτι καὶ ἔτι τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνοντο, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον, καὶ τοῖς ὀπισθεν ἐπελανθάνοντο τοῖς πρόσω σπευδόντων φέρεσθαι πάσῃ δυνάμει. Οὕτως δὲ αὐτῶν αἰὲν πολιτευομένων καὶ ταῖς κατὰ θεὸν ἐργασίαις πρὸς οὐρανὸν ἀνερχομένων, οὐκ ἤνεγκεν ὁ βῆσκανος Βελίαρ ὁρᾶν τὸσάυτην ἀρετὴν τοῦς γηϊνοὺς μετερχομένους· καὶ πρὸς οὐρανὸν ἐπειγομένους, ὅθεν αὐτὸς πέπτωκεν διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτοῦ.

famam inducti ad eos veniebant, se monasticae vitae mancipaturi seduli atque alacres sine mora; ac perseverantes illam vitam suscipiebant, ut eis forent in via virtutis consortes ac socii.

§ VII.

Illa autem inter mulieres nobilis ac sancta foemina Calī, coniux magni Christophori, cum vidisset natos suos induisse sacram monachorum vestem et in sancto vitae instituto perdurare ac proficere, ipsa quoque mundana vita et omnibus, quae in mundo sunt, abdicare constituit. Absque mora ad monasticam vitam confugit, factaque et ipsa est multis auctrix salutis.

Sane pulcrum sanctumque erat spectaculum multitudinem videre virorum ac mulierum, partim ad magnum Christophorum, partimque ad sanctam Calī confugere. Vere quidem videbantur quasi alvearia, ubi dulcia operabantur in alacritate Christi fava mellis.

§ VIII.

Magis magisque omnes ab eis, quae in praesentia erant exercenda, virtutum moliminibus ad maiora sese extendebant, ut verbis utar apostolicis, obliti eorum, quae retro fuerant. Hanc itaque vitam illos gerentes et cunctis asceticis exercitamentis ad coelos contendentes non ferebat invidus Belial, et tantam perfectionem virtutum non sustinebat, cum vidisset tanta per-

Διὸ καὶ τοὺς ἀγχιτέρμονας καὶ ὁμώ-
ρους Ἰσμαηλίτας διεγείρει κατ' αὐ-
τῶν, ὡς τοῖς Ἰουδαίοις τοὺς Πέρσας
ποτὲ, καὶ τοῖς Ρωμαίοις τοὺς Σκύ-
θας, κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ διὰ
τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν.

Διαποιοῦτο τὴν πᾶσαν νῆσον
τῶν Σικελιωτῶν καταδηρῶντες ἐλθί-
ζοντο καὶ ἐλυμαίνοντο, τοὺς μὲν
ἀφειδῶς κτέννοντες, τοὺς δὲ καὶ
δορυκτῆτους λαμβάνοντες, εἰς ζυγὸν
δουλείας ἤγον οἱ δοῦλοι τῆς ἀμαρ-
τίας.

Εντεῦθεν οὖν ἤδη καὶ λιμὸς
τῇ χώρᾳ ἐπέσκηψεν χαλαιπώτατος,
ὥστε συμβῆναι τοῖς ἡμετέροις τὸ
τῶν Ἰουδαίων ἔθνη συμβᾶν διὰ
τὴν χριστοκτονίαν αὐτῶν. Ἡδὴ γὰρ
ἤδη γινέται τὰς σάρκας τῶν ἰδίων
τέκνων κατῆσθιον καὶ ἀνὴρ γυ-
ναικὸς, καὶ γυνὴ ἀνδρὸς τὴν γα-
στέρα ἐπλήρου καὶ ἡ φύσις καθ' ἑαυ-
τὴν ἐχώρει καὶ ἐνέμετο ἑαυτήν.
Καὶ τοῦτο οὐκ ἐμισάλησαν ποιῆ-
σαι γεννητόρων ὁδόντες. Ὡσαύτως
καὶ τοῖς ἐν συζυγίᾳ συνέβη, ὡς εἴ-
ρηται, τοῦ λιμοῦ καταναγκάζοντος
ἅπαντας. Καὶ τὸ τοιοῦτον ἄγος εἶδεν
ὁ ἥλιος ἐν τοῖς ὁρίοις ἐκείνοις τε-
λούμενον.

Τούτοις καὶ τοῖς παρὰ πλησίον κα-
κοῖς τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν οἰκοῦντας
πιεζομένους, καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσιν
μοναχοὺς κατέλαβεν ἡ ἀπαρκαμύνη-
τος αὕτη τοῦ λιμοῦ συμφορὰ. Διὸ
καὶ ἔστενον ἀλγούντες καὶ δούροντο
οὐ τὴν ἑαυτῶν ἐνδοειαν, ἀλλὰ τὴν
τῶν ὁμοπίστων χριστιανῶν ἀπώ-
λειαν.

Αὐτοὶ δὲ λιμῶ καὶ θέει κα-
τατρυχόμενοι τῶν ἐκ τῶν ἀμεί-

fectione ornari animas, atque
adduci ad coelestes sedes, unde
ipse ob superbiam deciderat.
Idcirco finitimos Ismaelitas ad-
versus illas, permittente Deo,
ob peccata nostra suscitavit,
sicut olim Persas et Scythas
adversus Iudaeos et Romanos.

Proptereaque totam Siculo-
rum insulam illi invasores de-
praedati sunt ac vastaverunt:
alios quidem barbare interfi-
cientes, hi, peccato mancipia,
alios in captivitatem ducentes
subiiciebant servitutis durissimo
iugo.

Hinc acerbissima fames regio-
nes illas pervasti; ita ut ea quo-
que nostratibus acciderunt, quae
de Iudaeis ob Christi occisionem
legimus. Tunc quoque parentes
prolis suae membra vorabant:
et mulier viri sui, aut vir
mulieris carnibus rabiem ven-
tris sedabat; ita et natura vi-
debatur contra semetipsam pu-
gnare: ac ipsi parentum dentes
tantum facinus non horrebant;
idemque inter coniuges, ut di-
ximus, cogente fame, eveniebat.
In illis finibus tanta mala sol
ipse conspexit.

Hisce aliisque consumebantur
aerumnis civitatum incolae et
ipsi in montibus habitantes asce-
tae. Qui non modo suam la-
mentabantur cum lacrimis mi-
seriam; sed et omnium chri-
stianorum, in fide fratrum, de-
solationem.

Ipsi quoque fame et necessi-
tate compulsi, mansiones suas

βοντες κατεκρύπτοντο ἐν ταῖς σπη-
λαιοῖς καὶ ὄρεσι καὶ ταῖς βαθυτά-
ταις λόχμας· τὸ θεῖον ἐξήλειούμε-
νοι, ὅπως ἴλειως γένηται τοῦ οἰ-
κείου αὐτοῦ πλάσματος καὶ ταχι-
νὴν ποιήσῃ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν
δεινῶν.

§ Θ'.

Τότε δὲ τότε ἐπὶ πᾶσιν τῶν κα-
κῶν μὴ φέρειν ἰσχύοντες οἱ τοῦ ὁσίου
Χριστοφόρου συγγενεῖς ὡς αὐτὸν
ἐπιστέλλουσιν πρέσβεις ἐν τῷ χώρῳ
τοῦ Κτίσματος ἐκλειπαροῦντες αὐ-
τὸν, ὅπως παραγίνεται πρὸς αὐτούς,
καὶ χεῖρα ἐπικουρίας ὀρέξῃ αὐτοῖς,
καὶ τῶν τοιούτων κακῶν ἀραρπά-
σῃ. Ο δὲ μηδὲν μελλήσας παρα-
χρῆμα ἀναστὰς ἅμα τοῖς δυσὶν υἱέ-
σιν αὐτοῦ τῷ τε μακαρίτῃ Σάββᾳ καὶ
Μακαρίῳ τῷ θεωριλεῖ ἀφίκετο πρὸς
αὐτούς, καὶ τούτους τε ταριχευ-
μένους ἰδὼν ἀπὸ τῆς σπάνης τῶν
ἀναγκαίων τοῦ σώματος χρεῶν,
λάθρα διὰ τῆς νυκτός, τῆς πατρί-
δος ἐξάγει, καὶ γίνεται αὐτοῖς δεύ-
τερος Μωυσῆς δι' ἐρήμων ὁρέων
καθοδηγήσας αὐτούς τὴν τῶν Ερυ-
μάτων πολίχνην κατέλαβεν.

Κακεῖθεν αὖθις τὴν διαπόντιον
τρίβον ὁδεύσας τὴν τῶν Καλα-
βρῶν χώραν κατέλαβεν· καὶ τὸ
μὲν πλῆθος τοῦ λαοῦ πρὸς τοὺς
ἐκεῖσε οἰκοῦντας καταλιπὼν ἀπαίρει
τοῦ εἰρημένου χώρου μετὰ (f. 62)
τῶν προσόντων αὐτῶν μοναχῶν,
καὶ τοῖς προβραχέως ῥηθεῖσι δυ-
σὶν υἱέσιν αὐτοῦ σὺν τῇ τεκούσῃ
αὐτούς. Καὶ πρὸς τὴν τοῦ Μερ-
κουρίου ἐπαρχίαν ἀφίκετο, ἐν ᾗ
ὑπῆρχον δρόμους πολλοὶ καὶ ἀμ-
φιλαρεῖς, ἐν οἷς κατώκουν πλήθῃ
ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ὁσίων

mutantes occultabantur in spe-
luncis ac montibus, sylvarum-
que profundis, exorantes Domi-
num, ut propitius fieret crea-
turae suae, et quamecitius tantis
malis afferret opem.

§ IX.

Tunc propinqui beati Chri-
stophori tot ac tanta sustinere
minime valentes, ad eum nun-
tios mittunt ad Ctisma, ut ad
se veniret auxiliatricem porri-
gens manum ab his malis ere-
pturam. Absque mora consur-
gens una cum filiis, beato Saba
dilectoquo Deo Macario, ad illos
venit. Cum videret eos omni
necessarioque corporis solamine
destitutos, clam noctu e patria
abducit, factus illis quasi alter
Moses, et per loca deserta et
montuosa ad Erymatum civita-
tem munitam, illos recepit.

Hinc rursus, transfretantibus
mare, ad regiones Calabriae per-
duxit. Ibi relictā apud habita-
tores loci multitudine gentis suae,
ipse abiit cum sibi consociatis
monachis et praedictis duobus
filiis eorumque genitrice. Tan-
dem pervenit ad eparchiam Mer-
curii nuncupatam, ubi multae
sunt longe lateque distantiae syl-
vae, quas multitudines incole-
bant hominum atque etiam foe-
minarum, quae asceticum ange-
licumque institutum amplexatae,

τὴν ἀγγελικὴν ἀσπαζόμενοι πολυ-
τείαν.

Τούτων τοιγαροῦν ἐπιμελῶς τὸν
βίον ἀνιχνεύσας ὁ μέγας Χριστόφ-
ρος, καὶ τοῖς τρόποις καὶ τοῖς χρη-
στοῖς ἡθεσι αὐτῶν ἀρεσθεῖς τῷ
φιλαγάθῳ κυρίῳ ἡὺχαρίσθη ἀνθο-
μολογούμενος αὐτῷ διαπαντός ὡς
εἰς τὸν τοιοῦτον χῶρον καθοδηγή-
σαντι αὐτόν, ἐν ᾧ τοὺς πρακτικούς
καὶ θεοφιλεῖς ἀνδράς ἐώρακεν.

§ I'.

Αὐτίκα γοῦν ἀναστὰς σὺν τῷ
μεγάλῳ Σάββᾳ καὶ Μακαρίῳ τοῖς
δυσὶν αὐταδέλφοις τὸ θεῖον ἐκτενέ-
στερον ἐλειπάρει λέγων· - Κύριε ὁ
θεός, εἰ σὸν ἐστὶ θέλημα οἰκῆσαι τοὺς
δούλους σου τὸν τρόπον τοῦτον, δῆλος
ἡμῖν γενέσθω διὰ τᾶχους δυσω-
πούμενοις ὑπὸ τῆς ἀράτου σου ρι-
λανθρωπίας καὶ εὐσπλαγγνίας. - Καὶ
τῆς προσευχῆς ᾧδε πέρας ἐχούσης,
διὰ νυκτερινῆς ὀπτασίας ἐμφανῇ
τοῦτον ἀποδεικνύει.

Παραχρῆμα τοῖνυν ἀναστὰς καὶ
τὴν ὀφειλομένην εὐχαριστεῖαν τῷ
κυρίῳ ἀναπέμψας, τὴν ὕλην κα-
θαίρειν ἀπείρξατο ἀμφιλαρῇ οὖσαν
λίαν, καὶ σφόδρα κατὰσκιον. Ὡς δὲ
τὴν ὕλην πυρὶ ἀπετέφρωσεν τὸν
τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ ναὸν
ἐν προθυμίᾳ καὶ σπουδῇ ἐδείματο.
τοῦ κυρίου χωρηγοῦντος αὐτῷ τὰ
πρὸς χρεῖαν τῆς οἰκοδομῆς. Καὶ
μετὰ τὸν ναὸν περαιωθῆναι, τότε καὶ
τὰ τῶν μοναχῶν οἰκητήρια ἡγείρεν.

§ IA'.

Καὶ γίνεται πᾶσι τύπος τοῖς μο-
ναχοῖς ἐν τε προσευχαίς καὶ ἀγρυ-

vitae sancitssimae rationem se-
quebantur.

Viro magno diligenter con-
sideranti horum mores, conver-
satio optima adeo placita est,
ut confessus sit coram Deo be-
neficium, ei gratias continuas
agens; nam ad haec loca se
suosque deduxerat, ubi tales
posset conspiciere ascetas dile-
ctos Deo.

§ X.

Statim igitur surgens cum
duobus fratribus magno Saba et
Macario prolixius orabat ad
Deum ac supplicans dicebat:
« Si tuum est, Domine, consi-
lium ac voluntas, ut servi tui hos
incolant locos, nobis exoran-
tibus signum ostende ineffabilis
benevolentiae ac misericordiae
 tuae. »

Signo quidem per nocturnam
visionem ostenso, absque mora
cum gratiarum actione ad pur-
ganda sylvestria densissima se
dediderunt. Et postquam sylvae
spatium concremassent, cum ala-
critate manus admotae sunt ad
exstruendum templum archan-
geli Michaelis, Domino neces-
saria illis porrigente. Templo-
que erecto, habitacula exstruxit
monachorum.

§ XI.

Cunctis monachis ille factus
est exemplar, non solum in

πνίαις καὶ ψαλμωδίαις· οὐ μόνον δὲ ἐν τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἐν ἔργοις καὶ διακονίαις καὶ ὑπακοῇ καὶ πάσαις τοῦ κοινοβίου ὑπηρεσίαις.

Ἐλεγεν γὰρ ὁ ἀοίδιμος, ὅτι ὁρεῖται ὁ προσεστὼς τύπος γενέσθαι τοῖς ὑπ' αὐτὸν οὖσιν, καθάπερ ὁ Χριστὸς τοῖς ἀποστόλοις ἐγένετο. Δεῖ οὖν προτρέχειν τὸν λόγον, ἵνα μᾶλλον ἐφέλκει τοὺς ἀκροατὰς εἰς ζῆλον καὶ μίμησιν, ἢ τοῦ ἔργου ἐπίδειξις.

Οὕτως γὰρ καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων γέγραπται ὡς ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν - φησὶν. Καὶ ταῦτα ἀκούοντες οἱ μοναχοὶ καὶ ἕτερα πλείονα ὑποδείγματα καὶ ἐνείγματα πρὸς τοῦ μεγάλου Χριστοφόρου, ἔχαιρον καὶ εὐφραίνοντο σκιρτῶντες τῇ καρδίᾳ, καὶ καρποφόρουν ἀξίως τῆς κλήσεως· ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἐξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα κατὰ τὴν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ παραβολήν. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἀμιλλομένους ἀλλήλοις ἐν ταῖς κατὰ θεὸν ἐργασίαις, καὶ παρωτρύνοντας ἑαυτοὺς εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης πνευματικῆς ἀφορῶντες εἰς τὸν μέγαν, ὡς εἰς ἀρχέτυπον πίνακα.

Καθάπερ γὰρ οἱ ζωγραφοὶ εἰς τοὺς παλαιούς χαρακτῆρας ἀτενίζοντες τὰς μορφὰς τῶν εἰκόνων ἐπιτελοῦσιν· οὕτω δὲ καὶ οἱ ἀδελφοὶ τὸν ἐφόμοιον τρόπον ποιῶντες, τὸ τῆς ἀρετῆς κάλλος ἐν ἑαυτοῖς ζωγραφοῦντες εἰς τὸν ὅσιον Χριστόφρον ἀπέβλεπον, καθὼς ἡδὴ εἴρηται.

§ IB'.

Διατιοιτοῦτο περιβόητος καὶ ὀνομαστός ἐγένετο, καθ' ὅλης τῆς ἐπαρ-

precibus et vigiliis, verum etiam in laboribus et ministeriis, in obedientia ac submissione atque in omnibus coenobii laboribus.

Solebat enim ille vir sanctus dicere: Necesse est ut praeses fiat exemplar subditis, sicut Christus factus fuerat apostolis suis. Opus est itaque praemittat opera, ut haec fiant audientibus agendi regula et stimulus ad aemulationem atque imitationem.

Sic enim in actibus apostolicis dictum est « opera Iesus aggressus est facere, et dein docere. » Quae cum haberent monachi, et alia similia praecepta atque exempla a beato Christophoro, valde alacres corde erant; atque fructus dignos vocationis suae proferebant: alter centum, alter sexaginta, et alter triginta fructuum, ut ait evangelica parabola. Spectaculum sane gratissimum videre erat illos concertantes ob amorem Dei in laboribus, et ad aemulationem spiritualis charitatis sese extendere quasi respicientes ad quandam tabulam illustris archetypi.

Sicut enim pictores ad vetustas formas praepositae tabulae intendunt, ut eas in suis referant tabulis; sic fratres illi eadem usi ratione, virtutum pulcritudinem in sancto illo Christophoro aspicientes, in semetipsis quasi artificiose pingentes ad imaginem referebant.

§ XII.

Propterea et is evasit celebris et famosus in his omnibus re-

γίας ἐκείνης διὰ τὴν ἀκριβῆ αὐτοῦ πολιτείαν καὶ ἄσκησιν καὶ τὴν ἀκίβδηλον καὶ ἀνυπόκριτον αὐτοῦ ἀγάπην, ἣν ἐκέκτητο πρὸς πάντας τοὺς παραβάλλοντας ἐκεῖσε πρὸς αὐτόν. Καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐπιροίτων πρὸς αὐτὸν πο- (f. 63) λλοι τῶν ἐκεῖσε οἰκούντων πατέρων ὠφελείας χάριν πατρικῆς· καὶ οἱ μὲν ὑπέστρεφον ἐν τοῖς κελλίοις αὐτῶν οἰκοδομηθέντες· μεγάλως, διὰ τε λόγου καὶ πράξεως τοῦ γέροντος, ἕτεροι δὲ σὺν αὐτῷ οἰκεῖν ἐλειπάρουν καὶ ἀρχηγὸν αὐτῶν ἔχειν καὶ σὺν αὐτοῖς ἀδελφοῖς.

Τῆς δὲ φήμης τοῦ μακαρίου σὺν τοῖς υἱέσιν αὐτοῦ διαθεούσης ἐν ταῖς κώμας καὶ πόλεσιν καθάπερ σάλπιγγος ἐνηχοῦσης λαμπρότερον, συνήρχοντο πλήθη ἄπειρα πρὸς αὐτοὺς ὑπὸ τῆς ἀκοῆς ἐλκόμενοι· καὶ οἱ μὲν τὸν μονήρη βίον εἰλάμενοι κατῴκουν σὺν αὐτοῖς, οἱ δὲ ἱστορίας χάριν καὶ εὐχῆς ἤρχοντο καὶ ἐρυσμίζοντο ὑπὸ τοῖς θεοφόροις τούτοις ἀνδράσιν· καὶ ὑπέστρεφον εἰς τὰ ἴδια εὐχαριστοῦντες τὸν θεόν.

§ II'.

Τούτων οὕτως διαβιούντων ὡς εἴρηται, ἔρρεσις ἀκόρεστος λαμβάνει τὸν μέγαν πρὸς τὸ ἀπελθεῖν αὐτὸν εἰς προσκύνησιν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν Ρώμῃ. Καὶ ἐπιστήσας ὁ μέγας τοῖς μοναχοῖς καθηγητὴν καὶ προσεστῶτα τὸν θεοφόρον Σάβαν, αὐτὸς γὰρ ἦν μετ' ἐκείνων ἐχόντα δεύτερα ἀπὸ τοῦ μεγάλου Νικηφόρου τοῦ ἀποθρίξαντος αὐτοῦς, πρὸς τὴν Ρώμην ἐξέπλευσεν. Κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῦ πλοῦς γενόμενος ἐξαί-

gionibus ob sanctam vitae suae conversationem, nec non asceticae vitae rationem integram, atque sinceram charitatem, qua utebatur erga omnes ad se accurrentes. Et sane undequaque multi ex illis sanctis monachis ad paternum eius auxilium confluabant. Alii quidem magna cum aedificatione spirituali auditis verbis illius atque operibus conspectis ad cellas suas revertebantur: alii vero ut secum reciperet ad habitandum, et sibi et fratribus dux esset, eum exposulabant.

Quinimo fama beati viri et filiorum eius per castra quoque ac civitates pervagabatur, et quasi clangens tuba sonora, innumeras ad eos audientium turbas arcescebat. Horum multi monasticam amplexati vitam cum eis morabantur, alii veniebant tantum ut illos visitarent auxiliumque precum deposcerent, quos sancti viri ad rectam agendam vitam informabant, ita ut gratias dicentes Deo, ad sua meliores facti remearent.

§ XIII.

Dum huiusmodi vitam ducerent, vehementius incessit desiderium sancto viro Christophoro, ut posset peregrinari Romam, sanctos apostolos veneraturus. Tunc constituto monachis suis praeside divino Saba, is enim post eum secundas agebat in fraternitate partes iam ab eo tempore, quo illos beatus Nicephorus totonderat, ipse Romam versus navigavit. Vix medium

φνης ἐπίπτει αὐτοῖς καταιγὶς σφόδρα καὶ κλύδων θαλάσσιος, ὥστε τοῦ ἐξαπορηθῆναι αὐτοὺς καὶ τοῦ ζῆν.

Ὁ δὲ μέγας κατήλθεν ἐν τοῖς τοῦ πλοίου μυχοῖς, καὶ τὸ θεῖον ἐλειπάρει μετὰ δακρύων, ὅπως ἴλεως γένηται τοῦ ἰδίου πλάσματος, καὶ τὸν ἐπελθόντα σάλον τοῦ κλύδωνος τῆς θαλάσσης καὶ τοῦ ἀνέμου εἰς αὖραν καὶ γαλήνην μεταποιήσῃ. Καὶ διεκελεύει τοῖς σὺν αὐτῷ μοναχοῖς τὸ - Κύριε ἐλέησον - ἐκφωνεῖν μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς· αὐτὸς δὲ ἤρξατο τῆς ὕμνωδίας τῆς Θεοτόκου οὕτως· - Προστασία τῶν Χριστιανῶν ἀκαταίσχυντε. μὴ παρίδῃς ἀμαρτωλῶν δεήσεως φωνάς.. - Οὕτω δὲ τῆς ὕμνωδίας περρωθείσης, ἀλλ' ἔτι ἐπὶ στόματος οὐσης τοῦ αἰοδίου, εὐθύς ὁ ἄνεμος ἐλώφησεν, καὶ ἡ μαινομένη καὶ θάνατον ἀπειλοῦσα κατεστροβίσθη θαλάσσω καὶ γαλήνῃ μεγάλη ἐγένετο διὰ τῆς τοῦ μακαρίου ἱκετηρίας.

Οἱ δὲ ναυτικοὶ τὸ γεγονός παρὰδοξον θαῦμα ἐωρακότες ὑπὸ τοῦ θαυμασίου τούτου ἀνδρὸς, προσελθόντες προσεκύνουν αὐτὸν λέγοντες· - Σὺ εἶ μετὰ Θεὸν σωτὴρ καὶ προστάτης καὶ ἀντιλήπτωρ ἡμῶν. Διὰ σοῦ ἐτύχωμεν ἀπαλλαγῆς τοῦ καταλαβόντος ἡμᾶς κλύδωνος. Διὰ τῆς σῆς ἐντεύξεως τῶν φονικῶν τούτων ὑδάτων ἀπηλλάχθημεν. - Ὁ δὲ θεὸς Χριστοφόρος παρήνει αὐτοῖς τῷ θεῷ τὴν ὀφειλομένην εὐχαριστίαν ἀναπέμπειν, καὶ ἐπ' αὐτῷ τὰς ἐλπίδας τιθέναι, τῷ ἐκ τηλικούτου κυνδίνου αὐτοὺς διασώσαντι.

cursum peragebant, quando inopinata procella mota est et terribilis cyclon marinus, ita ut omni spe destituti de vita periclitarentur.

Tunc ille vir sanctus in penetralibus navis abditus Deum cum lacrymis exorabat. ut facturae suae propitius foret, et irruentes fluctus et furentes ventos in placidam tranquillitatem verteret. Monachos suos iussit clamore valido iterare verba: « Domine miserere », ipse canticum illud ad Deiparam coepit: « O tu quae es Christianis indubia tutela, ne despicias deprecantium peccatorum voces.. » Canticum in ore viri sancti adhuc resonabat, quando statim cessavit ventus, et vehemens mortemque minitans mare fluctus suos compescuit; atque per orationem eius facta est serenitas magna.

Quod nautae omnes grande prodigium tanti viri aspicientes, ad eius proni pedes dicebant: « Tu es noster post Deum servator ac tutator, atqueceptor; nam per te a tanta procella erepti fuimus: et per te mortem in his minitantibus fluctibus vitavimus ». Sed Christophorus eos hortabatur, ut dignas Deo grates persolverent, omnemque in eo spem suam reponebant, qui e tanto omnes eruerat periculo.

§ ΙΔ'.

Καταλαβὼν δὲ τὴν Ρώμην προσ-
εκύνησεν τοὺς ἁγίους καὶ κορυ-
φαίους Ἀποστόλους καὶ πάντας τοὺς
ἐκεῖσε σεβασμίους ναοὺς, καὶ πολ-
λῶν μαρτύρων ἅγια λείψανα. Εἶτα
τὸν πόθον ἀρσιωσάμενος κατὰ τὸ
αὐτοῦ ἐφετὸν, ὑπέστρεφεν πρὸς τὴν
ιδίαν μονὴν τοῦ ἀρχιστρατήγου Mi-
χαήλ, καὶ καθ' ἡσυχίαν διήγεν ἀσκῶν
ἐν τῇ κέλλῃ αὐτοῦ. Τὴν γὰρ τῶν
ἀδελφῶν ἐπιστάσιαν καὶ φροντίδα
τῷ θείῳ Σάββα ἦν ἐπιτρέψα; ποιεῖν,
ὡς ἀνωτέρω φθάσαντες ἐρῶμεν. Οἱ
δὲ μοναχοὶ ἐπληθύνοντο τῇ χάριτι
τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ τῶν ὁσίων ἀν-
δρῶν πολιτείᾳ, καὶ λοιπὸν τὰ πρὸς
χρείαν αὐτῶν τοῦ σώματος ἠναγ-
κάζοντο φροντίζειν· διὸ (f. 64) καὶ
ὕλοτομοῦσιν γῶρον τινα ἄγριον πλη-
σίον τοῦ ποταμοῦ τοῦ κατερχομένου
ἀπὸ τοῦ ὁχυρώματος τοῦ ὀνομαζο-
μένου Λαῖνοῦ.

§ ΙΕ'.

Εν ᾧ δὲ τόπῳ καὶ ναὸς ἦν τοῦ
ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου τῷ
χρόνῳ διαρθαρὴς καὶ συμπτωθεὶς
ἐπὶ τὴν γῆν. Τοῦτον τοιγαροῦν δια-
καθάραντες καὶ σκεπάσαντες μονα-
στήριον σὺν Θεῷ πεποιήκασιν. Οἱ
δὲ μοναχοὶ τινα τῶν ὁσπρέων ἐν
τῷ ὕλοτομηθέντι γῶρῳ παρ' αὐτῶν
οἰκείαις χερσὶν καταβαλόντες, ἄρκτος
εἰσερχομένη ἐλυμαίνετο τοὺς πόνους
τῆς γεωργίας αὐτῶν· διὸ καὶ ἀγρυ-
λοῦντες ἐφύλαττον ἕκαστος αὐτῶν
τὴν ιδίαν φυλακὴν.

Ιδὼν δὲ ὁ μέγας Χριστοφόρος
λυπούμενος τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τα-
λαιποροῦντας ἐν τῷ φυλάττειν τὰ

§ XIV.

Cum Romam pervenisset sta-
tim veneraturus accessit sanctos
Apostolorum principes, et omnes
quae ibi sunt, venerandas aedes
pluriumque martyrum sacras re-
liquias. Postquam autem devo-
tionis suae desideria explevis-
set, reversus est ad propriam
mansionem apud aedem Mi-
chaelis Archangeli, et solitarius
in cella, in asceticis exercitiis,
versabatur; nam praefecturam
curamque monachorum commi-
serat divino Sabae, ut superius
dicebamus. Monachi autem cre-
scebant numero per gratiam
Christi et exemplum sanctorum.
Adigebantur autem sibimetipsis
necessaria corporis providere;
ideoque partem nemoris excide-
runt in regione quadam sylve-
stri prope flumen, quod defluit e
castro nuncupato Laino.

§ XV.

Ibidem erat aedes sacra pro-
tomartyri Stephano iam a plu-
ribus annis fatiscens ac humi
prostrata, quam expurgantes at-
que cooperientes, auspice Deo,
in mansionem quandam mona-
chi sibi converterant. Et cum in
illis expurgatis terris legumina
quaedam sevisent, factum est,
ut ursae ingressa omnes labores
illorum pessumdaret; propterea-
que statuerunt vigilare, ac sin-
guli custodias servare.

Magnus Christophorus cum
vidisset fratres dolentes deiecto-
que vultu vigilare, ne ursae

λυμαινόμενα ὑπὸ τῆς ἄρκτου, σπλῆγ-
χνισθεῖς οἴκτηρεν αὐτούς. Καὶ δὴ
προφασίζεται καὶ αὐτὸς τὴν ἰδίαν
φυλακὴν φυλάττει, καθάπερ καὶ οἱ
ἀδελφοὶ ἐποιοῦν. Καὶ ἐπιστὰς τῷ
τόπῳ δι' οὗ εἰσῆρχετο ἡ ἄρκτος καὶ
τοὺς καρποὺς ἐλυμάνετο, διεγρη-
γόρει καὶ ἠΰχετο ἀγρυπνῶν. Καὶ
ἰδοὺ ἡ ἄρκτος κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῇ
ἐπεδήμησεν· καὶ λέγει αὐτῇ ὁ μέ-
γας Χριστοφόρος· - Εἰ παρὰ τοῦ κοι-
νοῦ Δεσπότη ἀπεστάλης βλάβειν
τοὺς μοναχοὺς, δεῖ ἡμᾶς εὐχαρί-
στως ὑποφέρειν τὴν ἀδικίαν· εἰ δὲ
ἄφ' ἐαυτῆς ἔρχη, τοῦ κυρίου μὴ
ἀποστείλαντός σε, τί οὐκ ἐρυθριᾷς
καὶ αἰδῇ τοὺς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίω-
σιν Θεοῦ γεγενημένους ἀδικούσας; -
Ἡ δὲ ἄρκτος ταῦτα ἀκούσασα παρὰ
τοῦ γέροντος, τὴν κεφαλὴν κάτω
κλείνας, ὡς οἶα τις λογικὴ φύσις,
ἤσθετο τῶν λεγομένων, αἰδεσ-
θεῖσα τοῦ μεγάλου τὰ ῥήματα καὶ
τὴν ἀρετὴν· καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς
ῥαφῆς οὐκ ἔτι ἐφάνει ἐν τοῖς ὁρίοις
ἐκείνοις, ἀλλὰ καταλίψασα τὸν ἴδιον
φωλεὸν ἀπεδήμησεν ἐν ἑτέροις τό-
ποις.

§ Ιε'.

Κατ' ἐκείνον δὲ τὸν καιρὸν διε-
πέρασεν ἀπὸ τῆς Σικελίας πρὸς τὴν
τῶν Καλαβρῶν γέαν ὁ ἐπάρατος
στρατὸς τῶν Θεοστυγῶν Ἰσμαηλι-
τῶν, καὶ κατεδεδεικνύοντο αὐτὴν, λυ-
γρῶς καταθρόντων κατ' ὅλου τοῦ
θέματος. Οἱ δὲ τὴν παράλιον οἰ-
κοῦντες μοναχοὶ δεδεδειῶτες μὴ τι
συμβῇ αὐτοῖς τῶν ἀνιερῶν ὑπὸ τῶν
παλαμνέων καὶ ἀγρίων θηρῶν τού-
των, τοῖς ὁρίοις ἐπέβησαν τοῦ Λα-
τινιανοῦ· κακεῖσε μοναστήρια συ-
στησάμενοι ὥκεισαν ἐκεῖσε. Δια-
τοιτοῦτο καὶ ὁ Θεοφόρος Σάββας σὺν

vastaret arvum, misertus est, et
proposuit ut et ipse vigilans sta-
tionem custodiam faceret. Tunc
ille se contulit ad locum, per
quem ursae ingrediebatur fru-
ctusque damno afficiebat, ac vi-
gilans sedulus orabat. Ursa vero,
ut mos erat, intravit; sed ma-
gnus Christophorus his verbis
eam compellavit: « Si a communi
Domino missa es, ut mala in-
feras monachis, necesse est nos
cum gratiarum actione hoc quo-
que subire. Si vero sponte tua
venis, et Dominus haud te misit,
cur non vereris ac times damna
huiusmodi afferre hominibus,
qui ad similitudinem Dei creati
sunt? » Haec a beato sene au-
diens ursae, caput inclinans suum,
quasi rationis compos, percussa
est verbis; et reverita sancti viri
sermonem atque sanctitatem, ab
illa hora nusquam in illis finibus
apparuit, sed fovea quoque sua
relicta, ad alias migravit re-
giones.

§ XVI.

E Sicilia ad terras Calabro-
rum tunc venerat terribilis exer-
citus Ismaelitarum Deo hostium,
qui omnia vastantes totum illud
thema calamitatibus repleverant.
Monachi, qui maritima incole-
bant, pertimescentes mala, quae
sibi instabant ab iis vere cruen-
tis scelestisque feris, ad fines
Latiniani confugerant; ubi, asce-
teriiis suis constitutis, degebant.
Ideoque et beatus Sabas cum
illo magno sene et sociis ad
locum Latiniani venit; atque ad

τῷ μεγάλῳ γέροντι τούτῳ καὶ πᾶσι τοῖς σὺν αὐτῷ ἀρίκετο πρὸς τὸν εἰρημένον χώρον τοῦ Λατινιανοῦ. Καὶ πρὸς τὰς ὄχθας γενόμενος τοῦ Σίγνου ποταμοῦ, οὕτως γὰρ ἐγγωρίως καλεῖται παρὰ τοῖς οἰκοῦσι τὸν χώρον, ὤκησεν ἐκεῖσε ἐν ὀχυρίματι τινὶ ὀνομαζομένῳ τοῦ ἁγίου Λαυρεντίου. Μοναχούς πολλούς ἐκεῖσε συναθροίσας καὶ σεμνεῖον ἰδρυσάμενος τοῦτο περίεπτον. Ἐν τούτῳ τοῖνον ὁ γέρων καθ' ἡσυχίαν ἐκάθευδεν καὶ ἡσκει παρὰ κληθεῖς ὑπὸ τοῦ θείου Σάββα. Καὶ γὰρ ἐσπευδεν αὐτὸν πᾶσι τρόποις θεραπεῦσαι πεπονηκότα αὐτὸν εἰδώς ὑπὸ τῆς ἁγαν ἀσκήσεως.

Καὶ ἰδοὺ τις τῶν ἐπιφανῶν καὶ ἐνδόξων τοῦ ἁσπεως Ρουσιανοῦ, ἱλούστριος τὴν ἀξίαν, παρὰ γίνεταί πρὸς τὸν γέροντα μετὰ τῆς γαμετῆς αὐτοῦ αἰτούμενος εὐχασθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἵνα δώῃ αὐτοῖς ὁ θεὸς καρπὸν κοιλίας, (f. 65) ἐπειδὴ στεῖρα ἦν ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ οὐκ ἔτικτεν. Οὗ δὲ μακαρίτης Χριστοφόρος ἀνάξιον αὐτὸν ἔλεγεν τοῦ τοιοῦτου χαρίσματος, ἀμαρτωλὸν ἀποκαλὼν ἑαυτὸν, οἰόμενος τοῦτοις τοῖς ῥήμασιν τὸν ἱλούστριον ἀποκρούσασθαι. Οὗ δὲ ἐπέμενεν μᾶλλον ἀντιβολῶν ἀδιστάκτῳ καὶ διαπύρῳ πίστει κραταιούμενος· διὸ καὶ τῆς ἐλπίδος οὐ διήμαρτεν. Ἐπευχάμενος δὲ αὐτοῖς ὁ γέρων καὶ εὐλογήσας ἀπέλυσεν ἐν εἰρήνῃ εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν. Καὶ ἐν γαστρὶ ἔλαβεν ἡ γυνὴ, καὶ ἔτεκεν υἱόν, καὶ τὰ τῆς στεριώσεως δεσμὰ διελύθη διὰ τῆς τοῦ μεγάλου γέροντος προσευχῆς καὶ δεήσεως· καὶ γέγονεν εὐτεχνος ἢ ποτε ἄτεχνος, καὶ πολὺπαις ἢ ἁπαις, ὥστε δοξάζειν τὸν θεὸν ἅπαντας ἐπὶ τῇ γηγονίᾳ ἐπ' αὐτοὺς παραδόξως θαυματουργία.

castellum, a sancto Laurentio nuncupatum, habitavit prope ripas fluminis, quod incolae regionis vulgari nomine Signum appellant. Ibi plures monachos congregavit excitavitque oratorium insigne. Senex igitur Christophorus sanctis exercitiis deditus ibi placide quiescebat, cum divinus Sabas eum solaretur; studuerat enim ille adeo asceticis laboribus, ut defatigato seni omnem curam impendi necessum esset a filio.

Tunc ad senem accessit quidam e nobilibus clarisque viris Rossani, qui et dignitate erat Illustris, una cum uxore sua supplicans, ut pro eis oraret Deum ad obtinendam prolem; nam illa sterilis erat nec pepererat. Christophorus vero se indignum tantae gratiae dixit, cum esset peccator, reputans his verbis Illustrē illum a se remove. Verumtamen ille urgebat maiori ac ferventiori fiducia; nec enim a spe deciderat. Tunc senex bene precatus est, et benedictionem impertitus super eis, in pace ad sua ambo dimisit. Mulier illa concepit et peperit filium, ac sterilitatis vinculis libera, facta est et foecunda precibus magni senis: imo multorum liberorum mater evasit ea, quae erat absque prole, ita ut omnes glorificarent Deum ob mirabile hoc in illis patratum prodigium.

Ταύτης τῆς φήμης διαδοθείσης παντί τε καὶ πανταχοῦ, πολλοὶ τῶν ἐνσυχλουμένων ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων καὶ ὑπὸ ἀσθενειῶν καὶ παθῶν ποικίλων συνεχόμενοι ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν καὶ ἐθεραπεύοντο ἅπαντες διὰ τῆς τοῦ μεγάλου προσευχῆς καὶ δεήσεως.

Ὡς οὖτοις τοῖς θαύμασι καὶ σημείοις ἐπιμήχιστον χρόνον διαβιώσας καὶ πανταχοῦ περιβόητον καὶ ὀνομαστὸν γεγονότα ἐν γῆρα βαθυτάτῳ καταλύει τὸν βίον.

Ἄξιον δὲ εἰπεῖν καὶ τὸν τρόπον τῆς ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ ἐκδημίας καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἐνδημίας.

§ IZ'.

Πυρετός ἦν παρὰ τὴν ἀρχὴν διακαῆς καὶ φλογώδης· εἶτα κλινῆρης γενόμενος, ἔκειτο οὕτως μήτε σιτῶν μεταλαμβάνων, μήτε ὕδατος, μήτε ἐτέρου τινὸς τοῦ καθ' ὅλου τῶν ὅσα τοὺς ἀσθενοῦντας παραμυθεῖν καὶ παρηγορεῖν οἶδεν μέχρι ὀγδοήκοντα ἡμερῶν. Καὶ τῇ ὀγδοήκστῃ ἡμέρᾳ, τοῦ μεγάλου Σάββα καθηγουμένου καὶ τηροῦντος αὐτόν, λέγει πρὸς αὐτόν Χριστοφόρος ὁ θεῖος· Ἰδοὺ θεωρῶ θυσιαστήριον ἐκ λαμπρον καὶ φαῖδρον καὶ περίδοξον, καὶ δύο νεανίας εὐειδεῖς καὶ ὡραίους περιβεβλημένους στολὰς λευκὰς ἱερατικὰς παρισταμένους τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ εὐαγγέλια κατέχοντες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ πρὸς ἀλλήλους σεμνῶς μηδευόμενοι. Ὡς οὖτοις πρὸς τὸν θεοφόρον Σάββαν λέγοντος αὐτοῦ ἀφῆκε τὸ πνεῦμα, καὶ τὸν τοῖς δικαίοις ὀφειλόμενον κεκοίμηται ὕπνον, πλήρης ἡμερῶν τῶν τοῦ πνεύματος τῶν τε μενουσῶν ἡδὴ καὶ τῶν οὐχ' ἰσταμένων· καὶ προσετέθη τοῖς ὁσίοις ὁ ὅσιος,

Benefacti fama percrebescente, multi ab immundis spiritibus et morbis et variis infirmitatibus vexati, undique frequentes eum adibant, et intercessionem magni viri ac precibus sani effecti sunt.

Cumque plurimam aetatem vitae suae adhuc occupassent haec benefacta, et ubique mirabilis evaderet ac famosus, tandem in senectute maxima excessit e vita.

Et praestat modo enarrare eius e corpore ad Deum commigrationem.

§ XVII.

Primo coepit febris laborare, quae illum exurebat, atque inflammabat, et postea in lectulo suo iacere coegit. Decubuit nullum suscipiens cibum vel aquam vel aliud, quod solet aegrotos recreare ac iuvare, per dies octuaginta. Et cum octuagesimus venisset dies magno Sabae hegumeno, qui illi adstabat, dixit divinus Christophorus: « En modo ante oculos meos apparet altare luminosum ac splendidum, cui adstare conspicio duos iuvenes aspectu decoros stolis splendidis, sacris albisque vestitos, manibus suis evangelia gestantes, qui ad invicem subrident. » Cumque haec diceret beato Sabae, extremum emisit spiritum, quietemque iustum sibi debitam capessivit; plenus erat dierum illorum, de quibus dicit Spiritus, sive manentium sive transeuntium. Tunc sanctorum, et patrum et asceta-

καὶ τοῖς ἀσκηταῖς καὶ πατράσιν ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ ἐν φωνῇ ἀγαλλιᾶσεως καὶ ἑξομολογήσεως ἤχου ἐορταζόντων.

Αὐτίκα γοῦν ὁ Θεοφόρος Σάβας ἅμα τῷ Θεοφιλεῖ Μακαρίῳ τῷ ἀνταδελφῷ ἀναστὰς καὶ τὴν πρέπουσαν ποιήσαντες ἐπ' αὐτῷ ἀκολουθίαν, μετὰ ψαλμῶν καὶ ὕμνων καὶ ψαλμωδίας συνέστειλαν τὸ ἅγιον αὐτοῦ λείψανον, καὶ τῇ νενομισμένῃ ταφῇ παρέδωκαν.

Ἡ δὲ ἀγία αὐτοῦ σωρὸς δαίμονας πονηροὺς ἀπελαύνει ἀπὸ τῶν ἐνοχλουμένων ὑπ' αὐτῶν, καὶ πάθη ἀνίατα θεραπεύει, καὶ πᾶσαν νόσον καὶ μαλαχίαν ἀποσοβεῖ ἀπὸ τῶν πιστῶς προσερχομένων αὐτῷ τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς σήμερον.

§ III'.

Ἡ δὲ μακαριωτάτη καὶ ἀγία Καλὴ ἡ τοῦ μεγάλου Χριστοφόρου σύζυγος, ζήσασα καὶ αὕτη θαρσύνως ἐν νηστεαῖς καὶ προσευχαῖς καὶ ἀγρυπνίαις καὶ ἐν ἐγκρατεῖα πολλῇ πάντα τὸν βίον αὐτῆς, τύπος καὶ ὑπόγραμμος γεγонуῖα ταῖς περὶ αὐτὴν παρθένοις, μετὰ χρόνον βραχύτατον ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ (f. 66) τὸ αὐτὸ ἐκοιμήθη καὶ ὑπνώσεν.

Καὶ ἐκήδευσεν αὐτὴν ἡ ἱερὰ ξυνωρίς τῶν μεγάλων φωστήρων Σάβας καὶ Μακαρίου τῶν ἀνταδελφῶν. Καὶ νῦν συναγελάζει τοῖς ἄνω χοροῖς, καὶ ὅσαις γυναῖξιν ἐν οὐρανίοις θαλάμοις, μεθ' ὧν πρὸς τὸν κύριον προσέπεμψεν ἐκ τῆς ἰδίας ποίμνης.

rum choris cooptatus est vir sanctus in loco mansionis admirabilis usque ad domum Dei, in voce laetitiae et gratiarum actionis ac sanctam agentium festivitatem.

Tunc statim beatus Sabas una cum Deo dilecto Macario fratre surgens iusta funebria persolvit; atque cum hymnis et canticis et psalmodiis sacrum corpus ad decretum detulere sepulturae locum.

Sanctum vero sepulcrum eius solet per gratiam Christi hucusque malignos daemones abigere a laborantibus, et morbos incurabiles sanare, omnemque languorem ac infirmitatem depellere ab eis, qui in fide illud frequentant.

§ XVIII.

Beatissima et sancta Calī uxor magni Christophori, postquam et ipsa omne tempus vitae suae, Deo cara, egisset in ieiuniis et orationibus et vigiliis et poenitentia plurima, et facta esset typus atque exemplar virginibus sibi sociis, paulo post ibidem in pace obdormivit atque requievit.

Iidem fratres et magna luminaria nostra, Sabas et Macarius, matri suae quoque ibidem extrema officia praestitere. Ipsa autem coniuncta nunc est choris sanctarum mulierum in thalamis caelestibus, et iis sacris asceteriis mulieribus, quas e grege suo Christo praemiserat.

§ IO'.

Ο δὲ μέγας Σαβας ἦν διακυβερνῶν καὶ ποιμαίνων πάντας τοὺς μοναχοὺς τοὺς ἐν ὅλοις τοῖς σεμνείοις τυγχάνοντας, τοῦ τε Λατινιανοῦ καὶ τοῦ Μερκουρίου, καὶ τοῦ ἐν τῷ Λάκκῳ Νίγρῳ καλουμένου τῇ τῶν Λατίνων φωνῇ, ὃ ἐρμηνεύεται τῇ τῶν Ελλήνων διαλέκτῳ, Μέλας Βυθός· καὶ ἦν αὐτοῖς ἐπιστημονικώτατος ποδηγητὴς μέχρι βαθυτάτου γήρους.

Καὶ αὐτὸς ἀπάρας ἐκεῖθεν διὰ τὴν τῶν Ισμαηλιτῶν ἔφοδον, μετέβη τοῖς ὁρίοις τῆς Σαλιρινῶν πόλεως, κακεῖσε τοὺς ἀδελφοὺς ἐνιδρύσας, πρὸς Ρώμην ἀφίκετο κατὰ βούλησιν Θεῶν· κακεῖ τὸ πέρας τοῦ βίου ἐδέξατο.

Ο δὲ βίος αὐτοῦ καὶ τὰ σημεῖα καὶ θαύματα ἐν ἑτέρᾳ πραγματείᾳ ἐγγράφῃ κατὰ τὸ ἐγγωροῦν ἡμῖν. Κακεῖ τοὺς φιλαρέτους τῶν ἀκροατῶν παραπέμπομεν τὴν ὠφέλειαν καρπωσαμένους.

§ K'.

Μετὰ δὲ τὴν ἱερὰν αὐτοῦ μεταστάσιν ὁ Θεοφιλὴς καὶ Θεῖος Μακάριος κατελείφθη ὑπ' αὐτοῦ προεστὼς πᾶσι τοῖς προβραχέως εἰρημένοις μοναστηρίοις, ὅστις ἐποίμανεν αὐτοὺς ἐπὶ γλῶσσην Θείας γνώσεως καὶ ἐφ' ὅδῳ ἀναπαύσεως αὐξήσεως τὴν ἀδελφότητα μεγάλως κατὰ τὴν δεδομένην αὐτῷ χάριν τοῦ λόγου παρὰ Θεοῦ. Οὗτος οὖν ὁ ἀείμνηστος μεγάλων ἡξιώθη δωρεῶν καὶ χαρίτων παρὰ Χριστοῦ· διὰ τὴν υπερβάλλουσιν αὐτοῦ ταπεινώσιν.

§ XIX.

Magnus vero Sabas agebat duces et pastorem monachorum omnium, qui in variis degabant asceteriis regionis tum Latiniani, tum Mercurii, tum Laci nigri, ut lingua sua dicunt Latini, et interpretatur graeca dialecto, μέλας βυθός *obscurus profundus*; et usque ad ultimam senectutem illis fuit peritissimus in gressibus eorum ductor ac rector.

Postquam vero ob incursiones Ismaelitarum ad partes urbis Salerinae recessisset, ibique fratres constituisset, iuxta divinum consilium Romam petiit, ibique terminum dedit vitae suae.

Eiusdem autem vitae ac prodigiorum historia in alia elucubratione nostra, quantum valui-mus, descripta est; ad eandemque remittimus auditores illos virtutum amantes, qui maiorem fructum velint excipere.

§ XX.

Sabae autem post obitum, dilectus Deo beatus Macarius ab eodem iam in praefecturam suffectus, cuncta commemorata monasteria regere coepit, et eis factus est dux ad pascua cognitionis caelestis, atque ad aquas refrigerii et quietis; ac numerum fratrum valde auxit iuxta gratiam verbi, quam illi dederat Dominus. Et sane quidem plurimis cumulatus est a Christo donis ob eminentem humilitatem.

Τοσαύτη γὰρ ἦν ἡ περιουσία καὶ ὁ πλοῦτος τῶν αὐτοῦ ἀρετῶν, ὥστε ἐξισοῦσθαι αὐτὸν, οὐ τοῖς περιούσιον ἔτι καὶ μόνοις πατράσιν καὶ τοῖς χρόνοις ἡμῶν διαλάμψασιν· ἀλλὰ καὶ τοῖς παλαιοῖς ἐκείνοις ἀνδράσιν ὧν τὸν βίον καὶ τὴν ἀγγελικὴν πολιτείαν ἀναγινώσκοντες θαυμάζομεν.

Καὶ γὰρ ἐν σαρκὶ ὑπάρχων, ὡς ἀσώματος καὶ ἄσαρκος διῆγε, τοῖς πόνοις ἐντρυφῶν τῆς ἀσκήσεως, ὡς οἱ ἐν εὐωχίᾳ τοῖς βρώμασιν. Τοσοῦτον ἦν ἡ τροφή αὐτοῦ, καὶ ἡ πόσις, ὅσον μὴ ἐκ πείνης καὶ δίψης ἀποθανεῖν καὶ εὐθύνας ἀπετεῖσθαι παρὰ τῷ Θεῷ. Εἰ δὲ, καιροῦ καλοῦντος, χρεῖα ἐγένετο τοῖς ἐπιδημοῦσι πρὸς αὐτὸν πατράσι συνεσθῆναι, τοῖς παρὰ κειμένοις σιτίοις ἄκροις χεῖλεσιν ἀπογεύσασθαι αὐτὸν προτρεπόμενος αὐτοὺς εἰς ἐστίασιν διὰ τὴν ἀγάπην. Οὗτος δὲ ὁ βίος αὐτοῦ μετὰ στασις καὶ μετὰ ἄεσις ἦν καὶ μελέτη θανάτου· τὴν δὲ πάννουχον αὐτοῦ στήσιν καὶ ἀγρυπνίαν ἐν ψαλμοῖς καὶ προσευχαῖς οὐ μόνον ἡ χορὴ καὶ ψῆσις καὶ οὐσία ἐξεπλάγει, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἀγγελικῶν τάξεων ἡ πληθὺς ἡγάσθησαν, πῶς ἐν σώματι φθαρτῷ καὶ γηινῷ τελῶν τὴν τῶν ἀύλων καὶ ἀσωμάτων ἐξήλωσε πολιτείαν.

§ ΚΑ΄.

Τίς ἄρα δυνήσεται κατ' αἶψαν εἰπεῖν τῆς πρὸς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπης αὐτοῦ τὸ διάπυρον φίλτρον; Εἰ γὰρ συνέβη τινὰ ἐξ ἀπροσεξίας καὶ φθόνου δαιμόνων σκελισθῆναι, καὶ τῆς εὐθείας ὁδοῦ ὀλισθῆσαι, αὐτὸς ἦν ὁ τοῦτο πεπονθὼς, καὶ αὐτὸς ἤλγει καὶ ἐκόπτετο τὴν ἀμαρτίαν, τῷ περιτραπέντι

Tanta erat in eo abundantia virtutum, ut similis diceretur non solum iis, qui modo coruscant nostro tempore, sanctis patribus, sed et antiquis illis, quorum, dum vitam angelicamque legimus, conversationem obstupescimus.

Etsi enim in carne Macarius degeret, veluti totus spiritualis et absque corpore esse videbatur; laboribus asceticis delectabatur, ut gulae dediti cibus exquisitis oblectantur. Eius siquidem cibus et potus tantus erat, quantum valeret ad famem et sitim abigendam, ne a Deo puniretur. Si vero forte necesse illi erat manducare cum patribus adventantibus, summis labiis cibos degustabat, ut eos in charitate ad manducandum adigeret. In omni vita sua ad extremam commigrationem respiciebat, et continua sibi erat mortis meditatio. Vigiliis noctium insomnis custodiebat, et adeo erat deditus psalmis et orationibus, ut non modo homines, sed et illum etiam valde angeli mirarentur, quo pacto, in mortali et terreno corpore degens, immateriales aemularetur et incorporeos spiritus.

§ XXI.

Ecquis pro merito valeret eius erga Deum et proximum suum charitatem enarrare adeo fortem atque aestuantem? Si quempiam enim contingeret vel ob negligentiam, vel ob daemonum versutiam peccare, et a recta abscedere via, ipse tanto dolore afficiebatur et gemebat, quasi

χειρα ὀρέγων, ἵνα τοῦτον ἀρπάσῃ τοῦ φάρυγγος τοῦ διαβόλου, καὶ (f. 67) τοῦ βυθοῦ τῆς ἀπογνώσεως ἀνελκύσῃ τὸν ἀλώσαντα καὶ περιπεπτωκότα ὥστε πληροῦσθαι ἐν αὐτῷ τὸ γεγραμμένον ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου. - Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; Τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; -

Τὸ δὲ ἥπιον αὐτοῦ καὶ πρᾶον καὶ ταπεινόν, δι' οὗ πρὸς οὐρανούς ἀνυψώθη, καὶ τὰς παγίδας τῶν δαιμόνων διέφυγε καὶ ταύτας ἡρᾶνισεν, λόγος φράσαι οὐ δύναται. - Ἐπὶ τινὰ γὰρ ἐπιβλέψω, φησὶν ἡ γραφή, ἀλλ' εἰ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ταπεινόν καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; - Διατοίτουτο γέγονεν ναὸς ἱερὸς καὶ δοχεῖον τῆς ὑπερουσίτου καὶ τρισυποστάτου ἀγάς Τριάδος. Καὶ λόγος ἀλόγωτος προσετέθη αὐτῷ παρ' αὐτῆς, ὥστε βρῦειν ὡς ἐκ κρήνης ἀκένωτου τοῦ ἱεροῦ αὐτοῦ στόματος αἱ συνεχεῖς νιφάδες τῶν αὐτοῦ παραιnéσεων.

§ KB'.

Κάντεῦθεν τοιγαροῦν κατὰ δαιμόνων καὶ νοσημάτων ποικίλων ἔλαβεν ἔξουσίαν, ὥστε ἐκβάλλειν καὶ θεραπεύειν αὐτά.

Πολλοὺς γὰρ τοὺς χειμαζομένους ὑπὸ τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων ἰάσατο ἔτι περιῶν ἐν σαρκί· πολλοῖς τυφλοῖς τὸ βλέπειν ἐ χάρισατο, καὶ γλώσσης μογιλάλου δεσμὰ διέλυσεν, καὶ χωλοῖς καὶ κωφοῖς τὴν ῥῶσιν παρέσχεν, τοῖς μὲν τὴν εὐδωρομίαν, τοῖς δὲ τὸ ἀκούειν ὀξέως.

ipse foret peccator; atque adiutricem manum deiecto ac superato illi porrigebat, ut eum a fauce diaboli eriperet, atque a desperationis profundo erueret. In eo illud apostoli impleri videbatur: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalum patitur, et ego aduri non sentior?*

Lenitas eius, ac mansuetudo, atque humilitas, per quam ad coelum efferebatur ac diabolicas effugiebat insidias, easque dissolvebat, quomodo merito possent edici? Ait enim scriptura: *Ad quem respiciam, nisi ad mansuetum et humilem et timentem sermones meos?* Hoc pacto factus est veluti templum sacrum et habitaculum supersubstantialis trium personarum Triadis sanctae. Ideoque ab ea datus est illi sermo purissimus, ita ut veluti ab inexhausto fonte, e sacro ore eius imbres exhortationum frequentes prosilirent.

§ XXII.

Ab eadem sacra Triade accepit vim ad depellendum tum diabolum, tum varias infirmitates, ut omnes ad valetudinem reduceret.

Siquidem multos a nequitiae spiritibus adhuc vivens sanavit: multis caecis visum, et mutis, solutis linguae vinculis, loquelam reddidit: et claudos surdosque sanavit, et ut illi recte ambularent, ac statim isti audirent effecit. Plurimis insanabi-

Καὶ πολλὰ πάθη ἀνίατα ἐθεράπευσεν καὶ ὑγίωσεν.

Οὐ μόνον δὲ τοῖς τῷ σώματι πονοῦσι καὶ καμνοῦσιν τὴν ῥῶσιν παρεῖχεν· ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ ψυχὴν ἀρρώστοῦσιν ἀκέστῳ ἄριστος καὶ ἐμπειρώτατος ἦν. Τούτοις μᾶλλον ἢ τοῖς τὰ σώματα κάμνουσιν τὰ τῆς ἰατρείας ἀλεξίκακα φάρμακα ἐχορήγει.

Καὶ ἦν ἰδεῖν χοροὺς μοναχῶν μολοῦντας καὶ συρρέοντας πανταχόθεν πρὸς τὸν Μακάριον, καὶ τὰ οἰκεῖα πάθη ἀπογυμνοῦντας, καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἐναγεῖς λογισμοὺς θριαμβεύοντας αὐτῷ. Οἱ δὲ ἐκάστῳ τὰ πρόσφορα καὶ συντείνοντα πρὸς ὠφέλειαν διελέγετο· καὶ οὕτως ὑπέστρεφον ἐν τοῖς οἰκειοῖς σεμνείοις ἀπαλλαγέντες τῶν ψυχικῶν νοσημάτων.

§ ΚΓ'.

Τούτοις τοῖς κατωρθώμασιν καὶ τοῖς πρακτέοις ὁ αἰμύνηστος οὗτος ἀνὴρ τὸν ἑαυτοῦ σεμνύνας βίον ἐπὶ ἐνιαυτοῦς δέκα μετὰ τὴν τοῦ μεγάλου Σάβα μετástασιν, ἡσθένησεν ἀσθενεῖαν, δι' ἧς καὶ ἐτελειώθη, τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνισάμενος, τὴν πίστιν φυλάξας, τὸν δρόμον τελέσας, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον.

Πρὸ δὲ τῆς αὐτοῦ πρὸς θεὸν ἐκδημίας προσκαλεσάμενος πᾶσαν τὴν ἐν Χριστῷ ἀδελφότητα, καὶ παραινέσας αὐτοῖς ἐρικανὸν φυλάττειν τὴν τὸν κανόνα τοῦ μοναστηρίου ἄτρωτον καὶ ἀπαρασάλευτον διαπαντός, καὶ καταστήσας αὐτοῖς ἡγούμενον Λουκᾶν τινα ὀνομαζόμενον

libus morbis depulsis, laborantes curavit et pristinae sanitati restituit.

Neque tantummodo corpore aegrotantes patientesque, ei curae fuerunt; sed praecipue factus est medicus ac sanator felicissimus illis, qui spiritualibus infirmitatibus detinebantur; eisque, potiusquam aliis, porrigere curationis contra morbos omnes pharmaca satagebat.

Erat quidem saepius ac mirabile tunc videre agmina monachorum venire, atque concurrere ad Macarium, et animae detegere necessitates, atque de cogitationibus malis et molestis victoriam reportare. Ipse unicuique utilia atque efficacia verba dicebat; illi vero ad sua, sic animae depulsis morbis, laeti remeabant.

§ XXIII.

Hisce exercitamentis virtutum vir ille celebris vitam suam omnem honestavit; et elapsis annis decem ab obitu magni Sabae, morbo correptus est et vitam finivit, cum iam bonum certamen consummasset, et servasset fidem suam, cursumque absolvisset, ut dicebat divinus Apostolus.

Cum mox sibi ad Deum esset abeundum, congregavit omnes fratres suos in Christo, eosque cohortatus est, ut custodirent regulam monasterii inviolatam, et semper immotam; et constituit eis hegumenum nomine Lucam. Tunc extensis, ut olim

μενον, ἐξάρας τοὺς πόδας, ὡς πάλαι
 Ιακώβ, ἐν εἰρήνῃ ἐκοιμήθη, καὶ
 ὑπνωσεν τὸν τοῖς δικαίοις πρέποντα
 ὕπνον. Καὶ προσετέθη τοῖς μακα-
 ρίοις Σάββα καὶ Χριστοφόρῳ ἐν ταῖς
 πρωτοτόκων ἀγίαις σκηναῖς.

Οἱ δὲ πατέρες συγκομίσαντες τὸ
 ἅγιον αὐτοῦ λείψανον μετὰ λαμ-
 προφορίας καὶ ὕμνων ὅσῃ ταρῇ
 τοῦτο παρέδωκαν.

Εκοιμήθη δὲ ὁ οὐρανοπολίτης
 Μακάριος μηνὶ Δεκεμβρίῳ ἰς.

Εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ
 Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος νῦν
 καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
 αἰώνων. Ἀμήν. +

Iacob, pedibus suis, requievit in
 pace, et somnum debitum obdor-
 mivit cum iustis; atque coniun-
 ctus est beatis Sabae et Chri-
 stophoro, qui ante eum caelesti
 vitae nati fuerant, ut primoge-
 niti in tabernaculis sanctis.

Monasterii patres, pompa so-
 lemni cum lampadibus et hymnis,
 sanctissimum corpus eius defe-
 rentes, sepulturae sacrae illud
 tradidere.

Vita functus est hic vere cae-
 lorum incola, Macarius, mense
 decembri, die XVI.

Ad gloriam Patris et Filii et
 Sancti Spiritus, nunc et sem-
 per et in saecula saeculorum.
 Amen.

Μηνὶ δεκεμβρίῳ ις.

Mense Decembri, die XVI,

Η ΚΟΙΜΗΣΙΣ

OBDORMITIO

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

SANCTI PATRIS NOSTRI

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΕΟΥ

MACARII IUNIORIS

EN ΣΑΛΕΡΙΝΩ (1).

IN SALERNITANIS.

Κάθισμα ἤχου α΄

Πρὸς - Τὸν ταφόν σου...

Cathisma Toni I.

Ad modulum: *Sepulchrum tuum...*

Ο βίος σου, σοφὲ, καθαρὸς ἀνεδείχθη, βιώσας ἐπὶ γῆς ὥσπερ ἄσκαρος, πᾶτερ, τὸ σῶμα κατέτηξας ταῖς παννυχαῖς σου στάσειςιν ὅθεν εἰληρὰς τῆς ἀπαθείας τὸ φέγγος, καὶ πρὸς κύριον ἀποδημήσας ἐν δόξῃ, πατὴρ ἡμῶν ὦσιε.

Immaculata vitae tuae ratio inclaruit; etenim quasi incorporeus in terris versatus es, pater sapiens, corpore insomniis vigiliis domito; unde animi motibus splendide superatis, ad Domini gloriam, o vere pater noster sacratissime, commigrasti.

Στιχηρὰ

Πρὸς - Πανεύφημοι...

Stichera

Iuxta modulum: *O prorsus celebres...*

Πάτερ Μακάριε, ζωστήρ μοναστών γενόμενος καὶ ἀπελαύνεις τὰς φάλαγγας τῶν καρδιῶν ἡμῶν, καὶ πρὸς ρῶς ἀνάγεις τοὺς πιστῶς βοῶντας σου. Εἰλέησον ἡμᾶς τοὺς ἰκέτας σου, σοφὲ Μακάριε, ὁρηθῆναι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὴν εἰρήνην καὶ τὸ μέγα ἔλεος.

O pater sapiens Macari, luminare monachorum, e cordibus nostris expellis turbulentos hostes; et eos ad lucem adducis, qui ad te in fide clamant: Nobis clientibus tuis misertus intercede, ut animabus nostris pax sit et magna pietas divina.

Παθὼν καθαρτήριον ψυχῶν καὶ σωματίων γέγονεν ἡ θεία θήκη ῥωνύουσα τοὺς προσπελάζοντάς καὶ πιστῶς βοῶντάς· Σῶσον ἡμᾶς ἄγιε,

Arca sancta exuviarum tuarum manat purificationem contra motus coenosos animae et corporis illis, qui ad te accedunt

ὥς ἔχων παρῶρσίαν πρὸς κύριον
αὐτὸν ἰκέτευε δωρηθῆναι ταῖς ψυ-
χαῖς ἡμῶν τὴν εἰρήνην καὶ τὸ
μέγα ἔλεος.

Πάτερ Μακάριε σοφὲ, ὁ νοῦς οὐ-
ράνιος, ἡ βάσις τῶν δογμάτων τοῦ
Πνεύματος, ἡ αὐτοκίνητος λύρα
τῶν ἀσμάτων, καὶ πιστῶς διάκονος
χρηρῶν καὶ ὀρφανῶν προστατεύων,
καὶ τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐκτενῶς ἐξι-
λεούμενος τῶν ἐν πίστει τελούν-
των τὴν μνήμην σου.

Ἀλλὰ Στιχηρὰ ἤχ. δ'.

Πρὸς - Εὐδοκας σημειώσιν...

Πλοῦτον διεσχόρπισας τοῖς δεομέ-
νοις ἐκάστοτε, καὶ πτωχείαν ἡγά-
πησας, ἐν τούτῳ μιμούμενος τοὺς
πρὸ σοῦ πατέρας, ὡς κατόπιν τού-
τοις τρίβον ἐλόμενος, σοφὲ, καὶ
ἡξιώθης τῆς θείας χάριτος διό σου
τὴν ἐτήσιον ἐπιτελοῦντες πανήγυ-
ριν εὐσεβῶς σε δοξάζωμεν, τῶν ὁσίων
συνόμιλε.

Βίον ἀξίεπαινον, καὶ πολιτείαν
ἐνάρετον ἐκ παιδῶθεν κτησάμενος
ἐφάνης, θεόληπτε, σκεῦος ἐκλογῆς
τε πνεύματος δοχεῖον, ὃ ἱερώθης
ἐκ παιδός, φύλαξ δογμάτων καὶ ἐκ-
κλησίας φωστὴρ μοναστῶν ἱερώ-
τατε καὶ τοῦ Χριστοῦ φίλε γνήσιε.
πρεσβευτὰ συμπαθέστατε, ἀσκητῶν
ἐγκαλλώπισμα.

Τῆς μακαριότητος τῆς ὑπὲρ
νοῦν ὀρεγόμενος ἐλογήσω, πανόλβιε,
τρυφὴν τὴν ἐγκράτειαν, τὴν πτω-
χείαν πλοῦτον, τὴν ἀκτημοσύνην
περιουσίαν ἀληθινήν, καὶ εὐδόξίαν τὴν
θείαν ἐνδοίαν διό καὶ τῆς ἐφρέσεως
τοῦ ζητουμένου ἐπέτυχες ἐν σκη-
ναῖς αὐλιζόμενος, μοναστῶν ἀξιά-
γαστε.

et clamant: Serva nos, sancte
pater, qui apud Deum adeo pol-
les; atque intercede nobis pacem
et magnam misericordiam.

Mente caelesti praeditus, cer-
tus dogmatum Spiritus magi-
ster, factus es veluti lyra can-
tionum pulsata a Deo. Dum te
celebramus, pro nobis ab eo mi-
sericordiam postula, tu qui fuisti
adeo misericors curator sedulus
viduis ac orfanis patronus.

Alia Stichera Toni IV.

Ad modulum: *Dedisti signum...*

Dispersisti divitias egentibus
et semper paupertatem dilexisti;
in his decessores patres imitatus,
vestigia illorum secutus es et
gratiam a Deo invenisti; ideo
te annuatim pie celebrantes cla-
mamus: Salve, o concivis san-
ctorum.

Laudabilem vitam et virtuti-
bus plenam a pueris egisti; et
quasi vas electionis et Spiritu
plenum visus es, quod ab initio
sanctificasti, o sacrae doctrinae
in ecclesia magister, monacho-
rum luminare, amicus Christi
verus, atque intercessor pien-
tissimus decusque ascetarum.

Veluti deliciae visa est tibi
vita patientissima, et quasi di-
vitiae rigida paupertas, et quasi
honor summa egestas; nam de-
siderio beatitudinis aestuabas.
Ideo adeptus es Dominum, quem
cupiebas; et nunc in eius man-
sionibus versaris, o monacho-
rum splendidum decus.

Ἄλλο Στιχηρὸν ἤχ. β'.

Πρὸς - Οὐτε...

Χαῖρε ἀσθενούντων ἱατρὲ, καὶ
ὑγιενόντων ὁ μέγας παρὰ Θεοῦ φυ-
λακτήρ· χαῖρε παραμύσιον, τῶν
ἀσκητῶν ὁ λαμπτήρ, λυπουμένων
παράκλησις, ἀπόρων ὁδηγὲ, ὄντως
ἡ ἀκρόπολις, τῶν μοναστῶν ὁ κα-
νὼν· χαίροις τῶν ὁσίων ἡ ὁδὸς·
χαῖρε τὸ διάσωμα πάντων τῶν ἐν
σοὶ ἐν πίστει καταφευγόντων (2).

Ἄλλα Στιχηρὰ ἤχ. πληγίου β'.

Πρὸς - Ὅλην ἀποπέμνεις...

Ὅλως ἐκ νεότητος ἀνατεθεὶς τῷ
δεσπότῃ, τοῦτον ἐπεπόθησας, καὶ
αὐτοῦ τοῖς ἔχουσιν ἠκολούθησας·
καθαρθεὶς πάσης δὲ τῶν παθῶν
ύλίου, θεία χάριτι κατέλαμψας τε-
λεῖν ἰάματα καὶ θαυματουργεῖν τὰ
παράδοξα καὶ στύλος ἐχρημάτισας
πάσαις προσβολαῖς τῶν πνευμάτων
τε, ἀκλόνητος δὲ μέινας, Θεοῦ ἐν-
δυναμοῦντος, σοφὲ· ὃν ἐκτενῶς καθε-
(*f. 69*) κέτευε ὑπὲρ τῶν ψυχῶν
ἡμῶν.

Χαράν τὴν ὑπέρλαμπρον καὶ τὴν
ὑπέρτιμον ὁδὸν, πάτερ, νῦν κεκλή-
ρωσαι, καὶ τὴν αἰωνίζουσαν ἀγαλλ-
λίαν· μοναστῶν τίμιε, ἀσκητῶν
ἐνδοξε, ποδηγέτα γενναίοτατε, ὁ τὰ
στρατεύματα καὶ τὰς παρατάξεις
τοῦ ὀράκοντος ἀσκήσει κατεπάτη-
σας ἄρδην κατακλύσας τῇ χάριτι,
καὶ θεία ἐντεύξει ἰάσεις ἐκτελεῖ· ὡς
ἀληθῶς ἐν παρόρησά ἰκέτευε ὑπὲρ
τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Aliud Sticheron Toni II

Ad modulum: Quando...

Salve, o infirmorum sanator
et sanorum custos apud Deum.
Salve consolator et illuminator
ascetarum, atque eorum, qui ver-
santur in doloribus et dubiis,
adiutor ac vere refugium, mo-
nachorum exemplar. Salve, san-
ctorum decus et omnium prote-
ctio, qui ad te in fiducia confu-
giunt.

Alia Stichera Toni secundi inflexi.

Ad modulum: Omnem deponentes...

Oblatus perfecte iam a prima
aetate Domino, eum dilexisti,
eiusque vestigiis institisti; et ab
omni re materiali vitiisque pu-
rus adeo effulsisti divina gratia,
ut sanationes ac prodigia pa-
trares. Veluti columna visus es,
omnibus spirituum assultibus in-
accessa manens, dum te, sa-
piens, Deum robore suo firmas-
set. Apud eum pro animabus
nostris enixe deprecare.

Splendidum gaudium et super-
excedentem gloriam nunc potitus
es atque aeternam exultationem,
o pater, decus monachorum,
ascetarum dux strenue, qui dra-
conis inferni insidias atque ag-
gressionibus exercitio virtutum
profligasti. Gratia autem Dei ex
precibus abunde manante sana-
tiones operaris. Esto vere pro
animabus nostris in te confiden-
tibus exorator.

KONΔAKION (3) ἤχ. β'.

CONDACION Toni II.

Πρὸς - Ηλιοῦ ἐμιμήσω...

Ad modulum: *Eliae imitatus es...*

Τῷ Θεῷ ἀπὸ μητρὸς ἐκλελεγ-
μένος ἠκολούθησας χαίρων ἐν τῇ
ἀσκήσει, τὴν οἰκουμένην λαμπρύ-
νας τοῖς θαύμασιν, καὶ τὰς ἐρήμους
πυκνώσας τοῖς πλήθεσι. τερατουργεῖ
Μακάριε· διὸ ὑπὲρ ἡμῶν δυσώπει
τὸν κύριον.

Deum laetus secutus es in asce-
tica vita, iam ex utero electus,
orbem illustrans miraculis, ac
solitudinem densa replens mul-
titudine, o prodigiorum opifex
Macari; ideo pro nobis depre-
care Dominum.

Πρὸς - Τράνωσον...

Ad modulum: *Disertam fac...*

Τράνωσόν μου τὴν γλῶτταν,
παμμακάρ. πρὸς τὴν σὴν ὑμνωδίαν.
ἀνυμῆσαι πιστῶς τοὺς ἄθλους καὶ
τοὺς ἀγῶνάς σου, τὴν στήσιν τὴν
πάννυχον διανύων. ὁλονύκτοις εὐχαῖς
τε προσκαρτεροῦντα. Τοῖς φοιτη-
ταῖς ὑποδείξας ὁδὸν τοῦ πορεύεσθαι
ἀμεταστρέπτῳ πορείᾳ, ὁδηγῶν εἰς
λιμένα σωτήριον, ὡς τέκνα τούτους
διδάξας, ἐκπαιδεύσας τοῦ κράζειν
ἀλήκτῳ φωνῇ· Διὸ ὑπὲρ ἡμῶν δυ-
σώπη τὸν κύριον.

Diserta sit lingua mea, bea-
tissime, ut hymnos tuos in fide
modulata, dicat tuos pugilatus
et labores, tuas per totam no-
ctem vigilias, nocturna dum per-
curris precum exercitia. Disci-
pulis tuis iter ostendisti inde-
fesso gressu tenendum, ducens
eos ad tuta littora, uti filios
erudiens docensque orare voce
fatigari nescia: Ideo pro nobis
deprecetur ad Dominum.

Ἀνωθεν ἔχων τὴν θείαν χάριν
καὶ οὐράνιον ὁρῶν τὴν δωθεῖσαν
αὐτῷ ἀπὸ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ,
οὗτος ἀκμάσας τῇ ἡλικίᾳ ἐκαρτέ-
ρει ἀπαύστως τῇ ἐκκλησίᾳ. πίστει
δεκτῇ, ὑπακούσας εὐρύθμως τῷ θεῷ
Σάββ. ἀμέμπτῳ διδασκαλίᾳ. Εἰς
αὐτοῦ ὁ σοφὸς κυβερνώμενος ὁδῷ
εὐθείᾳ πορεύεσθαι, καὶ λιμένα γαλή-
νης κατέλαβε πρεσβεύων ἀπαύστως·
Διὸ ὑπὲρ ἡμῶν δυσώπη τὸν κύ-
ριον.

Caelitus habens Dei gratiam,
supernamque gloriam, sibi con-
cessam ex utero matris suae,
a florenti iuventa strenue in ec-
clesia militavit, cum grata fide,
sub egregia divini Sabae norma
puraque doctrina, obediens; a
quo sapiens ille directus ad am-
bulandas vias rectas, tranquil-
lum ad littus appulit, ubi sem-
per intercedit. Ideo pro nobis
deprecetur ad Dominum.

Ο ΚΑΝΩΝ

HYMNUS

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

IN SANCTUM PATREM NOSTRUM

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΕΟΥ

MACARIUM IUNIOREM

ἦχος β'.

Tonus II.

Ὡδὴ α'.

Ode I.

Πρός - Εν βυσσῷ...

Ad modulum: *In profundo...*

Τοῦ σεπτοῦ σου βίου τὰ παιδρὰ
μέλλων κατορθώματα ἀνευφημεῖν
ἐχθυσωπῶ σε, ὅσιε, αἵ γλ' ἡν φωτο-
δότης οὐρανόθεν μοι δωρηθῆναι
ἐκέτευε, νέφος ἐκμυοῦσαν τὸ τῆς
ἀγνωσίας μου, Μακάριε.

Αἰγυπτίους πρὶν ὃ τῷ βυθῷ κρύ-
ψας θεῖω νεύματι ὡς ἐκ βυθοῦ τῆς
κοσμικῆς συγχύσεως, σὲ ἀναλαβό-
μενος κατεφώτισεν θεϊκαῖς ἐπιγνώ-
σεσιν, καὶ ὁλοκαῖ σε ἐδείξεν ἀστέρα,
πᾶτερ ὅσιε.

Τῆς σαρκὸς τὰ πάθη χαλινῶ,
μάκαρ, τῆς ἀσκήσεως δουλαγωγῶν
τῆς ἀπαθείας ἔρωτι ὥρτης καθα-
ρώτατον οἰκητήριον τοῦ Θεοῦ διὰ
πίστεως, καὶ χειμαζομένοις εὐδοίᾳ
λυμήν, πᾶτερ Μακάριε.

Θεοτοκίον - Ενεδρεύσας ὅρις ὁ
δεινὸς θόλω καὶ ἀπάτη, με τῆς μα-
καρίας ζωῆς ἀπεστερήσεν· ἀλλ' ὁ
πάντων κύριος σαρκωθεὶς ἐν τῇ
παναγρᾷ νηοῦ σου. ἄδου κε-
νεώνων καὶ διαφθορᾶς, ἀγνή, ἐρρύ-
σατο.

Venerandae vitae gesta splen-
dida celebrare dum aggredior,
tu Macari sancte, exora ut splen-
dida illustratio donetur mihi,
cuius oblitam mentem detinet
ignorantiae caligo.

Qui olim Aegyptios divino nutu
in profundum demersit, te eri-
piens a profundo mundanae tur-
bulentiae, divinis fulgoribus illu-
stravit; et omnino lucidum, o
pater sancte, sidus ostendit.

Subiectis per exercitium vir-
tutum vitiis corporeis, visus es
habitaculum Dei purissimum in
perfectionis zelo per fidem; et
iis, qui tempestate iactantur, se-
curus portus, o beate pater Ma-
cari.

Theotocion. Anguis terribilis
dolo et versutia mihi insidias
tetendit, ac beatitudine priva-
vit; sed rerum omnium Dominus
factus homo in purissimo sinu
tuo, o pura, e latebris inferni
eripuit et corruptione liberavit.

Ωδή γ' (4).

Εξήντησεν...

Δακρύων ἐπομβρύσεσι καταρδεύ-
σας ἄριστα τὴν τῆς ψυχῆς σου
αὐλάκα, σίτον θεῖον ἤνεγκας πρᾶ-
ξεων, ἀποθήκαις ταῖς ἄνω συντη-
ρούμενον.

Ἀγάπην ὀπλισάμενος ὥσπερ ξί-
φον, ὅσιε, καὶ θυρεῷ σκεπώμενος
τῆς ἐνθέου σου ταπεινώσεως, τῶν
δαιμόνων τὰ σίφι ἐξηφάνησας.

Ελαίῳ κατακόσμησας τὴν λαμ-
πάδα, ὅσιε, καὶ τοὺς πιστοὺς ἐφώ-
